JOHANNIS JONSTONII,
Doctoris Medici


De

FESTIS HEBRÆORUM

Et

GRÆCORUM

SCHEDIASMA.



URATISLAVIÆ
Sumptibus VITI JACOBI TRESCHERI,
M DC LX.


INSTYTUT
OLINSKIEGO.

IOHANNIS JONSTONI,

Doctoris Medici

DE

FESTIS HEBRÆORUM & GRÆCORUM


SCHEDIASMA.

GENEROSIS, MAGNIFICIS & STRENUIS

DN. MELCHIORI FRIDERICO à Kanitz, DOMINO Urſchkaviæ, VVandritzii &c. &c. ſacræ Cæſareæ & Regiæ Majeſtatis, nec non Celſiſſimi Principis Lygio-Bregenſis, Supremæ Regiæ per utramq; Sileſiam Præfecturæ Adminiſtratoris Conſiliario.

DNO. Danieli Tſchepconi Mertzdorffii, Girsdorffii, &c. Dno, Sacræ Cæſareæ & Regiæ Majeſtatis, nec non Celſiſſimi Principis Lygio-Bregenſis VVolavienſis Conſiliario, Affini ſuo

Schediaſma hoc inſcribit
JOHANNES JONSTONUS, D.



DE

FESTIS HEBRÆORUM SCHEDIASMA

CAPUT. I.

De Festis Hebræorum Hebdomadariis.

Esta Judæorum ſunt multiplicia, *Hebdomadaria* nempe, *Menſtrua, Anniverſaria,* & *plurium annorum.*

1. *Hebdomadarium* eſt *Sabbathum* שַׁבָּת, Σάββατον, dies hebdomadis ſeptimus, quo Deus a creatione rerum quievit, & qui ſanctis cætibus habendis ſanctificatus eſt. Hinc & Adamus author Pſalmi XCII in ſabbathum quaſi compoſiti eſſe creditur. Tam ſtrictè ſanctificatio ejus olim a Deo Judæis injuncta, ut lapidatus fuerit, qui ligna ſabbatho collegerat: adeò ſuperſtitiosè aliquando ab iisdem obſervatum, ut, nec medicinam facere, nec ſpicas vellere, nec arma defen-

dendæ urbis ergò capere, quod tempore Maccabæorum licere decretum, nec clavum navis etiam in ſummo periculo moderari, nec *πυρεναίζειν*, nec puerum trahere, nec verrucam aliquo inſtrumento avellere, &c. licitum putarent. Hodie temporis, licet lapidem ſtationis, de quo alibi, geſtare, quasdam veſtes ex incendio eripere, bovem in puteum lapſum extrahere, verrucam dentibus abripere: ſed non licet duas literas ſcribere, lanam in aure geſtare, puerum manu ducere, manu femur percutere, manibus complodere, &c. A gentilibus, Romanis inprimis celebratum non eſt. Dio enim id Judæis tanquam proprium & ſingulare dicat; Tacitus tanquam probroſum refert; Rutilius ſeptimæ diei ferias turpe veternum appellat. Celebratum olim a Chriſtianis dubitari non debet. Multiplex eſt, 1. Magnum nempe. 2. *δευτερόπρωτον* 3. Intermedium. 4. שַׁבַּת בְּרֵאשִׁית 5. שַׁבַּח הַחֹדֶשׁ quibus adde, 6. Sabbathi iter, & 7. שַׁבַּ֣ת שַׁבָּתוֹן

1. *Sabbathum magnum*, *μεγάλη ἡ μέρα τοῦ σαββάτου* Johan. XIX, 13. *magnus dies ſabbathi*, dies ſolemnis ſabbathi, in quo paſcha incipiebat. Omnium enim majorum feſtorum primus & ultimus, dies, ſacri, ob מקרא קדש ſacram panegyrin & Congregationem populi; vel dies ſabbathi, in quem & primus feſti magni dies, & ſimul Sabbathum incidit. Videtur in eum primam tantum azymorum diem incidiſſe.

2. *Sabbathum δευτερόπρωτον* Lucæ VI. 1 *Sabbathum secundo primum Scaligero* l. VI. *Emendat. temporum*, ſabbathum quod proximè ſolemne Paſchatos in computo Penteceſtes ſequitur. A *δευτέρα τοῦ πάσχα* lex jubet ſeptem ſeptimanas computare. Ideò omnes hebdomades & Sabbatha à Paſcha ad Pentecoſten ſuam inde ſumunt appellationem. *Capello* ſabbathum ſecundum ab eo, quod vulgò primum, in computo quatuor paraſcharum, quas החרש & ברכה זכור שקלים vocant, dicitur, quod ante ſecundum à Chriſti baptiſmate paſcha in IV. Martii, ante tertium in VI. Kalend. Martii, ante quartum in XVII. Kalend. Aprilis incidit. *Grotio* ſabbathum Pentecoſten præcedens. Cloppenburgio ſabbathum quartum in computo quatuor paraſcharum, quod החרש dici innuemus, de quibus vide Walæum ad Lucæ VI.

3. *Sabbathum intermedium*, בְּחוֹל שַׁבָּת *σάββατον ἐν τῷ μεταξὺ ἑορτῆς*, ſabbathum quod in ſolemnitatibus, quæ per ſeptem aut octo dies peraguntur, ex quibus ſemper primus & ultimus feſtus, in illos intermedios incidit. Hoc חוֹל הַמּוֹעֵד intermedium tempus, eſſe 1. dies, qui duobus ſabbathis interjiciuntur. Judæis חולים. *ἐργάσιμοι*, Plutarcho *ἐνεργοὶ ἡμέραι*, aliis *οἱ μεταξὺ σαββάτων* 2 Dies qui in ſolemnitatibus per ſeptem aut octo dies peragi ſolitis, inter primum & ſecundum, in quibus ſacra pa-

 negyris

negyris habebatur, intercurrunt. μισῶσι ἱερῶ.

4. שַׁבַּת בְּרֵאשִׁית sabbathum primum in lectionariis Judæorum, sequens ultimum scenopegiorum diem, quo Pentateuchi lectionem iterum ordiuntur, ob memoriam Creationis, quam illa parascha habet, ita dictum. Incidit in quovis anno dato in 24. 26. 27. 29. mensis Tisri, postquam anniversariæ paraschaπarum lectioni 23. Tisri, quam שִׂמְחַת תּוֹרָה vocant, coronis imposita est. Intercurrunt inter id & Neomeniam Tisri, in quovis anno dato, ultima tria Civilis anni sabbatha: ab eoque per universum annum qua Politicum, qua sacrum omnia computantur.

5. שַׁבַּת הַחֹדֶשׁ Sabbathum in computo parascharum quartum, Cloppenburgio primum etiam visum, propter parascham Exodi XII. quâ Neomenia mensis Nisan, divina indictione, Neomeniarum prima constituit. Vel incidit in quovis anno dato in ipsas Kalendas Nisan, vel retrocedit ad 29. 27. 25. Adar aut Veadar: & ita ultimum sabbathum anni sacri constituit. Judæi dicunt isto sabbatho novam aperturam sabbathorum & mensium fieri.

6. *Sabbathi iter*, σαββάτου ὁδὸς, Hebr. תְּחוּם הַשַּׁבָּת seu terminus sabbathi, Actor. I. 12. duplex fuit, *majus* nempe & *minus*. *Majus* Mosi coævum, XII. milliaribus,

ribus, ultra quę ex castris egrediendum non erat, constabat. *Minus* מדברי סופרים ex scribarum scitis, iisdem, ut & Origeni, Occumenio, Theophylacto, Maimonidæ, Mosi de Kotzi אלופים אמה bis mille Cubitorum, Syro שבעא אסטרון septem stadiorum, Arabi, unius viri cursus, Hieronymo Ep. 151. ad Algasiam, & Agobardo Lugdunensi Episcopo, bis mille pedum; Eucherio & Lyrano mille passus, qui eidem mensurę sunt satis consoni; iste dimidiam leucam facit; Gomaræ Babyloniæ אלופים במיעורת seu בינונית bis mille passus; Grotio bis mille ulnas, & quia Plinio H. N. l xi. 23. stadium pars octava mille passuum, stadia octo. Quia verò Johannes xi. 18. Bethaniam ab urbe xii. stadiis abfuisse dicit: Lucas verò xxiv. 50. Bethaniam usque à Christo ascensoro ductos discipulos scribit; hic verò locus unde ascendit, ὄρος ἐλαιῶν nominatur, quem urbi ab Oriente oppositum, ab eadem quasi milliari distare Marcus xii. 7. Gulielmus Tyrius Histor. l. viii. 11. Joseph. Antiquit. xx. 16. quinque stadiis scribunt, magna difficultas & quasi ἐναντίωσις exoritur. Ergo & ratio habenda erit, & torrentis Cidron prope murum Orientalem interfluentis, & vallis Josaphat inter urbem & montem interjecta, & montis ipsius. Nam & de eorum varietate multa in definitione itineris Sabbathici habentur. Vel dicendum erit cum Beza, montem oliveti quinque stadiis seu

 itinere

itinere ſabbathi ab Hieroſolymis diſtaſſe: locum verò unde Chriſtus in eo aſcendit, pluribus diſtare potuiſſe; Bethaniam totum hujus montis tractum, non vicum eſſe, quod ex Joh. XI. 1. colligi poteſt: Lucam verò de Lazari domo, quæ duplo ſpacio ultra locum aſcenſionis ſita fuerit loqui.

7. שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן Exodi XXXV. 2. *Sabbathum quietis* ſeu *ceſſationis*, eſt ceſſatio omnimoda. Frequens Hebræis repetitio vocum, cum aliquid omnino & ſtudiosè fieri debet. Schindlerus exponit *ſabbathum ſabbathuſi*, quod nihil aliud eſt, quàm quod de die prophano ſacro additur tanquam parvum ſabbathum.

CAPUT II.

De
Feſtis Hebræorum menſtruis

MEnſtruum feſtum eſt *Novilunium*, *νουμηνία*, feſtum novæ lunæ, in quo licebat negotiationibus diſtrahi, cœtus ſacri tubâ cogebantur, ſacrificium peculiare fiebat, & convivia celebrabantur. Judæi in Palæſtina quibus עַל פִּי הָרְאִיָּה *ad viſionem lunæ* Neomenias putare licet, unum duntaxat diem celebrabant: qui *ἐν διχομηνίᾳ*, quia a coitu luminarium, & ex ſcripto colligunt, propter vagum ſyderis curſum,

ſum, dies continuos dies ſemper celebrant, quorum unum יוֹם טוֹב שֵׁנִישֶׁל גָּלוּת *feſtum ſecundum exilii* appellant: utrumq; Eliezer מִסְפֵּק שְׁנֵי יָמִים שֶׁל גָּלוּת *dubium bidui deportationum.* Ita ergò non ſolum diem viſionis, qui הַרוּשׁ הַלְּבָנָה *renovatio lunæ* dicitur: ſed etiam ἕνην καὶ νέαν antecedentis diem obſervabant. Sacra ſcriptura כֶּסֶה à כָּסָה tegere, הַמִּתְכַּסֶּה בּוֹ הַלְּבָנָה quia tunc luna ſolo tegitur, vocat: Horatius *trigeſima ſabbatha.* Trigeſima enim ſeu τριακάς menſis, eſt ἕνη καὶ νέα, ut alibi dicemus. ἱερὴ & νεομηνίη ſemper conjunguntur. In Palæſtina quidam olim ex ſynedris corniculatam obſervabant, & tempore ſuo ubi vidiſſent מְקוּדָשׁ מְקוּדָשׁ *ſanctificata eſt, ſanctificata eſt* acclamabant, ſucclamante ſimul qui aderat populo.

CAPUT III.

De

Feſtis Hebræorum anniverſariis.

ANniverſaria feſta vel ſunt *Majora* Hebr. רְגָלִים ut *Paſcha*, *Pentecoſte*, Scenopegia: vel *Minora* ſeu *lege expreſſa*, ut *feſtum tubarum* & *Expiationis*: ſeu à *ſanctis*

Viris instituta, ut *Purim*, *Encænia*, *Xylophoria*; Nihil nunc dicam, de die 27. mensis Jair, ob expiationem turris Hierosolymitanæ per Simonem Maccabæum factam; de festis *Jephta, ignis*, cujus Maccab. II, 1. mentio; Judithæ ob occisum Holophernem; 14. diei mensis Adar, ob victum Nicanorem, &c.

I. *Pascha*, פֶּסַח festum quod ex mandato divino Exodi XII. à die 15. Nisan seu Abib, maturescentium frugum, ad 21. ejusdem, & quidem per septem dies celebrabatur. Dicitur ideo, *festum septem dierum*. Decimus quartus *παρασκευὴ τοῦ πάσχα* erat & עֶרֶב הַפֶּסַח vespera paschatos I. Samuel. x. v. 4. in qua agnus paschalis inter duas vesperas jugulabatur, & vesperi comedebatur. Die secundo offerebatur manipulus frugum, primitiæ messis Levit. XXIV. 10. Dicitur vero hic dies ita, non à passione, sed ab Angeli primogenita trucidantis transitu. פֶּסַח enim est *παρέρχεσθαι* transire. Hinc Philo *διαβατήρια*, Josephus *ὑπερβασίαι*, Symmachus *ὑπέρβασιν* vocant. Syris est פֶּצְחָא a פְּצַח hilariter agere, Hierosolymitanis פִּסְחָא. LXX habent *πάσχα* plerisque in locis; at II. Paral. XXX. & XXXV. *φασέχ*, Theodotioni *φασέκ*, & si Theodoreto credimus *φασέκ*. In N. Testamento retinetur constanter *πάσχα*: apud Græcos tamen Patres aliquando *φασὲ* invenies,

nies, quo vocabulo & Vulgatus in V. T. utitur. Sed distinguitur apud Græcos φασὴ a Pascha. Nam φασὴ est terminus paschalis Judæorum, seu Pascha ἰουδαικὸν, Æthiopibus פַּסְחָ: πάσχα est dies resurrectionis, pascha σταυρώσιμον, Æthiopibus פַּסִיךְ. Iidem עִיד אִלְאַשׁ תִיהִי *festum desideratum* vocant. Græcis aliis est ἡ μεγάλη κυριακὴ magna Dominica; ἡμέρα per excellentiam, ut in synodo Berytensi ἑορτὴ, ut in Procopii ἀνεκδότοις p. 45. Hinc Epistolæ & homiliæ ἑορταστικαὶ, quibus futurum pascha prænunciatur, apud Justinianum Novel. 8. Chrysostomo κυρία ἡμέρα. *Multiplex* verò erat, 1. *Primum* פֶּסַח הָרִאשׁוֹנָה solemne nempe illud lege præscriptum, ad xv. Nisan. 2. *Secundum* פֶּסַח שֵׁנִי quod & פֶּסַח קָטוֹן pascha parvum, quod pro pollutis & peregrinis remotioribus ad mensem Aprilis rejectum erat 3. *Legitimum*, quod eo ipso die quo mandatum est celebrabatur. 4. *Transpositum* quod in sequentem transponebatur. Statutum enim ab Eleazare, vel potius synedrio M. trecentis quinquaginta ante Christum annis, ut si in vicinum sabbatho diem Pascha incideret, in sequentem, ne duo simul sabbatha concurrerent, & toto biduo ab opere servili abstinere cogerentur, transponeretur. 5. Μνημοσύνικον memorativum, quod θύσιμον non erat, & quale olim ἐν διασπορᾷ . . . nunc

nunc etiam a recutitis celebratur.

2. *Pentecoste*, Hebr. חַג שָׁבֻעוֹת Exod. xxxii. 22. festum septimanarum, Rabbinis הַגָּדָה דְשִׁבְעָאִין septem enim post pascha elapsis septimanis celebrabatur, LXX. ἡ τῶν ἑβδομάδων ἑορτή. Appellatur etiam 1. *Festum* בִּכּוּרֵי קְצִיר חִטִּים *primitiarum messis tritici*, quia hæc eodem mense Sivan. 2. In N. T. πεντηκοστή, seu quod in quinquagesimum diem a secundo azymorum incidat; seu quod quinquagesimo post falcem in segetem missam celebraretur. 3. συντέλεια τῶν ἡμερῶν τῆς πεντηκοστῆς, quia illâ quæ feriabatur, die complebantur. Ritus vide Levit. xxiv.

3. *Scenopegia*, חַג הַסֻּכּוֹת *festum tabernaculorum*, & simpliciter סֻכָּה, quod mense septimo collectis frugibus celebrabatur. Unde *festum mensis septimi* & *Collectionis frugum* appellatur. Εὐχαριστήριον ἐπὶ συγκομιδῇ τῶν καρπῶν fuisse, scribit Theophylactus. Totidem quod Paschati dies festo: a xv. Tisri ad xxi. solebant σκηνὰς seu καλύβας ex frondibus πηγνύναι, inque illis in memoriam primorum qui in deserto, degere. Hinc σκηνοπηγία Levit xxiii. 34. ἑορτὴ τῆς σκηνοπηγίας Deut. xii. 16. ἡμέραι τῆς σκηνοπηγίας II. Maccab. 1. 9. σκηνοπηγία & σκηνοπηξία alibi, Aquilæ σκηνωσμός. Mos à Josuæ temporibus ad Nehemiam usque intermissus, ab hoc & Esra egregiè

egregiè reductus est. Ritus singulares & varii. Solebant singulis diebus stante templo aquam ex fonte Schiloë haurire, templo cum tubarum & aliorum instrumentorum sonitu illatas libare & subsultare. Locus ab hauriendo nominatus in atrio mulierum erat. Pluviæ impetranda ergo oblatas quidam existimabant, ut terra ferax esset. Faces manibus præferebant, hymnos canebant, Levitis interim infinitis instrumentis ludentibus, sacerdotibus tubis clangentibus. Producebantur gaudio noctes, & multi ibi dormiebant finito, ut alienis humeris niterentur. Sed hæc ipsorum addita. In eodem pomum Citrinum, palmæ, myrti, & salicis ramos decerpere, fasciculum ex his confictum, qui הושענה dicebatur, dextra, pomum sinistrâ manè antequam commedissent circumferre, quod extra nonnisi primo die fiebat svetum. Unde festo [illegible] palmarum nomen. Ultimus dies חג עצרת *festum cohibitionis*, quia populus ab omni opere abstinebat, & conventui vacabat; שבת הגדול *sabbathum magnum*, שִׂמְחַת הַתּוֹרָה *lætitia legis*, quia eo die ultimam legis sectionem legebant, & sic legem absolvebant, dicitur. Eo, si Paulo Fagio standum, septies altare fasciculo illo instructi circuibant, memoriam prostratorum Jerichuntis murorum recolentes, & אנא יהוה הושיעה נא אנא.

אנא יהוה הצליחה נא, *obſecro Domine, ſalva quæſo, obſecro Domine proſpera* acclamabant. Eodem tres lectiones Propheticas ex 1. Reg. VIII. initio Joſuæ & ultima ſectione Malachiæ legebant. Aliàs legunt Eccleſiaſten ſemper. De ſacrificiis videatur Nehemias. In annum dimiſſionis quando incidebat, ſvetum Regi vel Pontifici legem e ſublimi ſuggeſtu legere auſcultante populo, qui tubis convocabatur. Jereboamus in menſem Marſchesvan dolosè tranſtulit.

4. *Feſtum tubarum* ſeu *Dies clangoris*, יום תְּרוּעָה Numer. XXIX. 1. incidebat in primum diem ſeptimi menſis. Nullum in eo ſervile opus, convocatio ſancta, holocauſtum, munus, & reliqua, de quibus dicto loco, ut & Levit. XXIII. 24. ubi זִכְרוֹן תְּרוּעָה monimentum ſeu *recordatio clangoris* vocatur. Celebrabatur, vel in memoriam arietis pro Iſaaco immolati, ut Rabbinis placet: vel in memoriam bellorum: vel quòd in illum רֹאשׁ הַשָּׁנָה dies novi anni, ſecundum civilem computum incideret, a quo annus ſeptimus & jubilæus computabatur.

5. *Feſtum expiationis* יום כִּפּוּרִים Numer. XXI. 8 9. 10. Incidit in diem decimum menſis ſeptimi, expiabaturque in eo à Pontifice ſummo qui in ſanctum ſanctorum cum

cum ſangvine juvenci & hirci ingrediebatur ſanctuarium ſacrum, tentorium conventûs, altare, ſacerdos ipſe maximus cum familia, ſacerdotes reliqui, & totus congregationis ejus populus, tum per ſangvinem juvenci & hirci pro Jehova, tum per dimiſſionem illius hirci, cui ſors Hazazelis obvenerat in deſertum. Jejunium tum ſub pœna excidii. Ritus Levit. XVI. & XXVII. ſed pleniſſimè in libro Thalmudico *Joma* quem nuper elegantibus notis illuſtravit *Sheringamius* Anglus.

6. *Feſtum Purim* ſeu *ſortium* יוֹם פּוּרִים, quaſi dicas, κληρωτήρια, ab Eſthera regina in memoriam liberatorum ab Hamanis inſidiis Iſraëlitarum, authore Joachimo Pontifico, ut Philo tradit, pro die XIV. & XV. menſis Adar inſtitutum, vera Judæorum Bacchanalia. Legitur in eo Eſtheræ hiſtoria & quotiescunque Hamanis ſit mentio, feriunt pugnis vel malleis ſcamna quibus inſident, quaſi caput Hamanis ferirent. Vox alias eſt Perſica, fortè ab Hebraico פּוּר *frangi*, quia ſors litem dirimit. Exponitur in libro Eſther per גּוֹרָל, lingvâ fortè Suſianâ. Arabibus eſt קֻרְעָה, apud Joſephum habes ἡμέρας Φρουραίας. Fortè aliquis coram Hamane ſortem miſit, ut, quo menſe & die Judæor. gens exſcindi poſſet, exquireret.

7. *Encania* Nehem. XII. 17. הֲנֻכָּה ἐγκαίνια Johan. X, 22. feſtum dedicationis vel



vel repurgationis templi. Ter verò templum Jerosolymis solemniter repurgatum erat. Primùm a Salomone II Reg. VIII dein à Nehemia Esr. VI. 15: tertio a Judâ Maccabeo, postquam ab Antiocho pollutum fuisset I. Maccab. IV. Horum Encæniorum fit apud Johannem dicto loco mentio. Celebrabatur hyeme, mense nempe nono, & quidem annuatim per dies octo à 25 mensis Cisleu incipiendo. Dicuntur etiam 1. *ἡμέραι ἐγκαινισμοῦ τοῦ θυσιαστηρίου*, quia templum novo altari tum instructum fuit. 2. *Dedicatio Hasmonæorum*, quia ab illis instituta. 3. *Dedicatio lucernarum, in æde secunda*, seu quòd inexpectata lux ipsis apparuisset; seu quòd templum ingressi, non plus olei in lenticula quadam invenerint, quàm quod ad lucernas templi una die accendendas sufficeret; accensæ verò ex eo octo dies durassent, donec contusis olivis, mundum fuisset expressum, ut in Thalmude extat. 4. הרקלת נורות *accensio lucernarum*, quòd præter illas quæ in templo accendebantur lucernas, in singulis quoque domibus, vespere, singuli toto illo octiduo in miraculi memoriam, accendere solebant, quæ ardebant per noctes. Josephus Antiquit. l. XII. 1. *Φῶτα* vocat. Prohibitum in illis lamentari & jejunare.

8. *Ξυλοφορία* Joseph. *ἁλώσ.* l. II. c. 31. festum quo ligna ex sylvis ad sacrificia, & alendum æternum ignem portabantur. Thalmudici certos dies familiis singulis ad rem

eam

eam constitutos fuisse dicunt; seu statum quemque diem plures familias puta viginti aut triginta hujus officii causa sociasse, & quidem ex solis Hierosolymitanis. Eæ holocaustum spontaneum offerebant, quod קרבן העצים vocatum: nec fastum jejunio vel luctu macerari.

CAPUT IV.

De Festis Hebræorum post plures annos recurrentibus.



Esta plurium annorum sunt *Sabbathum cessationis terræ* & *Jubilæus.*

1. *Sabbathum cessationis terræ* שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן לָאָרֶץ, Levit. XXIII. 4. 5. septimus quisque annus, quo terræ cultura intermittebatur, nec serebatur, nec metebatur, ideo sextus duplum ferebat, debita denique remittebantur, Deuter. XV. 2. Observationem ejus Nehem. X. 31. vide. Dicitur & שְׁמִטָּה;

2. *Jubilæus* הַיּוֹבֵל Levit. XXV. 8. magnum illud anni quinquagesimi festum, dictum, à יובל, quæ vox 1. *arietem.* 2. *sonum* שופר הרועה tubæ clangoris, certum, distinctum seu productum, qui ἀλαλαγμὸς Græcis, jubilæus Latinis. 3. *deductionem*

ctionem soni aut proventum annuum terræ, 5. reductionem & restitutionem significat. Et certè promulgabarur solemniter secundum quosdam cornu arietino, (aceto macerata ad inflandum parabantur) sono productiore, (σημασία ἀφέσεως LXX.) ut Josuæ vi. legitur ; (Ideò nomen ejus על שם הקיעת שופר secundum nomen soni tubæ dicit Jarchi) qui per universum Israëlem diffundebatur & diducebatur. Ob singularia commoda, quæ ad personas in eo redibant, annus ϖεϱβάπω. singulariter uberis dici poterat: restituebat denique & reducebat unumquemque in suam hæreditatem. Catenæ Patrum Græcæ MS ad Levit: xxv. est Ἰωβὴλ vel Ἰαβηλαῖος, putantque compositum ex יה vel יהוה & אֱלֹהַ, vel ut illi scribunt Ἰηαὼ (lege Ἰαῶ vel Ἰ.χὰ) καὶ ἰλχὰ, quasi sit ἅγιον, ἅγιον τὸ ἔτος. Promulgabatur autem a Synedrio, ab eo tempore quo terræ Canaan possessio ipsis in solidum cesserat, die decima mensis Tisri, clangore tubæ, antequam tribus ulla in exilium fuit pulsa vel cum alia confusa. Definitur, a quibusdam quinquaginta solidis annis a quibusdam XLIX, ut in quinquagesimum incidat, & quinquagesimo primo sequentem numerandi initium faciunt, ut apud R Levi videre est. Intermittebatur in eo agri cultura, non metebantur spontè crescentia; nec colligebantur fructus arborum, adeò ut liber fuerit eorum,

quæ

quæ terra producit usus. Possessiones etiam sive dono sive venditione distractæ post liminiò ad Dominos redibant, exceptis ædificiis in urbe manibus cincta, quæ eodem quo venditæ anno redimi debebant, & servi Hebræi manu mittebantur. Tempore templi non celebrabatur; sanctificabatur tamen annus quinquagesimus, numerabaturque ad sanctificandos dies remissionis Rectè ergò Syro שנתא דפיניא annus restitutionis, Arabibus אטלאק remissionis & dimissionis, Græcis ἐνιαυτὸς τῆς ἀφέσεως, τῆς ἀγωγῆς. Philoni τῆς ἀποκαταστάσεως; Latinis, *annus beneplaciti, libertatis, emancipationis, Redemptorum Dei,* nec non *Sabbathum Jubilæi dicitur.*

APPENDIX

De Libris sacris V. T. Philologica quædam

CAPUT. I.

Canonicorum librorum V. T. Catalogus.



Libri Canonici Augustino & aliis Patribus sunt libri Scripturæ V. & N. T. qui in Canone habentur.

Canon

Canon autem ſcripturarum nihil aliud eſt quam Catalogus earum quæ genuinæ ſunt, & ab Apocryphis diſcernuntur: in quibus etiam religionis noſtræ Canon eſt & regula, ex quibus nempe *fidei noſtræ aſſertiones conſtare* Patres voluerunt, ut Ruffinus in expoſitione Symboli ait. Ideò Auguſtinus ſolis illis hunc honorem timoremque defert, ut nullum auctorem eorum ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſime credat. Athanaſius in Synopſi vocet *τὰ κανονιζόμενα βιβλία, libros in Canonem compactos*: nonnulli τὰ διαθηκόγραφα. Origenes apud Euſeb. Hiſt. Eccleſ. l. vi. 19. ἐνδιαθήκους, Hieronymus in Michæam *fines Eccleſiæ Chriſti*, de quibus illa ſcilicet non egreditur. Chryſoſtomus ἀκριβῆ ζυγὸν ἁπάντων καὶ γνώμονα καὶ κανόνα τῶν θείων νόμων τὴν ἀπόφασιν dixit: Athanaſius τῆς πίστεως ἡμῶν οἱονεὶ ἀκροθίνια, ἀγκύρας καὶ ἐρείσματα *fidei noſtræ velut primitias vel certas anchoras & ſuſtentacula. Dividuntur* verò illi qui in V.T. habentur, in *Pentateuchum, Prophetas & Hagiographa*. Ordo ſeu ſeries ſecundum quam diſpoſiti ſunt, dicitur Hebræis סֵדֶר שֶׁל מִקְרָא

1. *Pentateuchus* πεντάτευχος ſcilicet βίβλος, quia quinque libris conſtat. τεῦχος inſtrumentum. Hebræis חֲמִשָּׁה חוּמְשִׁים proprie quinque quintæ. Quælibet enim pars חוּמָשׁ. Sunt qui per חוּמַשׁ Pentateuchum intelligunt in communem uſum ſcriptum:

pes,

per תּוֹרָה סֵפֶר librum legis ſacrum, ſed malè ut Cl. Buxtorſius de origine punctorum p. 39. docet Habet verſus 5845 ex computo Hebræorum, quorum medius Levit. VIII. 8. literarum ſexagies millena millia, quadraginta quinque Libri hi ſunt ſequentes.

1. *Geneſis* γένεσις ſeu ἡ βίβλος γενέσεως Gen. II. 4. liber ita dictus, quod in eo mundi & rerum omnium primordia exponuntur. Hebræis à prima voce בְּרֵאשִׁית in principio. Scriptus eſt partim per traditionem, partim per revelationem a Moſe F. Amrami: & diſtingvitur in paraſchas XII. Sidras XLIII. capita L. verſus 1534. literas 4395. Apud Samaritanos habet ſectiones 250; apud Syros capita 78. verſus 4509.

2. *Exodus* ἔξοδος Exitus in quo ab initio exitus Iſraelitarum ex Ægypto deſcribitur. Hebræis וְאֵלֶּה שְׁמוֹת a primis verbis. Conſtat paraſchis II. ſidris 29. Capitibus 40, verſibus 1209. medius eſt c. XXII. 28. Apud Samaritanos habet ſectiones 200. apud Syros capita 44. Vocatur etiam נְזִיקִין damna, quia in eo de damnis & damnorum reſtitutionibus prolixè agitur.

3. *Leviticus* in quo Levitarum miniſteria & victimorum diverſitates explicantur. Hebræis eſt 1. וַיִּקְרָא à prima voce. 2. תּוֹרַת כֹּהֲנִים lex ſacerdotum, quia in eo officia ſacerdotibus præſcribuntur. 3. תּוֹרַת

תּוֹרַת הַקָּרְבָּנוֹת lex oblationum
seu sacrificiorum, quia in eo de sacrificiis agitur 4. סִפְרֵי דְבַר libri verbi Raf, nescio
propter quam rationem. Capita habet 27.
paraschas 9. versiculos 859 medius est c. xv.
7. Apud Samaritanos sectiones 135, apud Syros capita 19. versus 2454.

4. Numeri LXX. Ἀριθμοί. in cujus initio
Moses & Aaron numer. populi Israelitici, &
quidem tributim ineunt. Hebræis dicitur.
1. בְּמִדְבַּר in deserto, a significantiore versus primi voce 2. וַיְדַבֵּר & locutus est a prima libri voce 3. סֵפֶר הַמִּסְפָּרִים liber
Numerorum, apud Eusebium H. E. l. VI. 19.
ex Origene. 4. סֵפֶר פְּקוּדִים liber recensionum. Complectitur capita 36. paraschas 10. versus 1288. medius c. XVII. 20. Apud
Samaritanos sectiones 218; apud Syros capita
36. versus 3521.

5. Deuteronomium LXX. δευτερονόμιον, in quo
maximâ ex parte repetitur & declaratur lex
priorib. trib. libris exposita. Dicitur iisdem &
δευτερόνομος, δευτέρωσις & δευτερώσεις Hebræis est 1. אֵלֶּה הַדְּבָרִים hæc sunt verba, a verbis initialibus. 2. מִשְׁנֵה repetitio
quia, ut dicunt Hebræi, liber hic est זכרון
הדא שונים של שאר הספרים
priorum reliquorum librorum memoria. 3.
מִשְׁנֵי

מִשְׁנֵי תוֹרָה Maſorethis lex repetita, propter ſupra dictam rationem. 4. סֵפֶר הוֹכָחוֹת liber redargutionum, quia in eo graves contra Judæos redargutiones. Unde & caput XXVII. סֵדֶר תּוֹכָחוֹת Caput redargutionum vocatur. Continet capita apud Hebræos 34, paraſchas 10. verſus 955. medius eſt c. XVII. 10. Apud Syros habet capita 28, verſus 2796. Nota verò, fieri hujus vocabuli apud LXX. Deuter. XVII. 18. & Joſuæ VIII. 32. mentionem. Ibi a Thargumiſtis פַּתְשֶׁגֶן אוֹרַיְתָא exemplar legis vertitur: his pro exemplo legis Moſis, nempe, Decalogo, aut præcipuis ejus capitibus, aut benedictionis & maledictionis formula ſumitur. Nec omnes libri, nec ipſum Deuteronomium ſcribi in lapidibus poterant. R. Saadia ſcriptum hic fuiſſe præceptorum numerum, ſicut ſunt in Halachoth & Acharoth, & quidem LXX. lingvis, nugatur.

II. *Prophetarum* nomine veniunt libri á Prophetis ſcripti per metonymiam cauſæ, Hebræis 1. קַבָּלָה traditio in Hal. ol. שקבלו מרוח הקדש כל נבואות ונבואות לפי צורך השעה והדור והמעשה quod propheta prophetias ſingulas a ſpiritu S. acceperit, pro temporis, ætatis, aut facti alicujus ratione 2.

מִקְרָא Eliæ in Thisbi, quod sint pars lectionis sacræ seu Bibliorum. Sunt autem vel *Priores* נְבִיאִים רִאשׁוֹנִים vel *Posteriores* נְבִיאִים אַחֲרוֹנִים. Illi sunt *Josua*, *Judices*, *Samuel*, *Reges*. Hi vel sunt גְּדוֹלִים *majores*, quantum ad librorum magnitudinem, ut *Esaias*, *Jeremias*, *Ezechiel*: vel *Minores*, qui שְׁנֵים עָשָׂר Chaldæis תְּרֵי עֲסַר contracte תְּרֵיסַר duodecim, Græci δωδεκαπρόφητον vocant, ut *Hoseas*, *Joel*, *Amos*, *Obadias*, *Jonas*, *Micheas*, *Nahum*, *Habakuk*, *Sophonias*, *Haggeus*, *Zacharias*, *Malachias*.

1. *Josua* יְהוֹשֻׁעַ LXX. Ἰησοῦς continet historiam post mortem Mosis annorum plusquam XVII. Capita habet secundum Hebræos 24. versiculos 656, quorum medius c. XIII. 26; secundum Syros capita 19. versus 2167. A Josua an aliis, Esra inprimis, vel Eleazaro summo Pontifice Aaronis F. conscriptus sit, disquiritur a quibusdam.

2. *Judices* שׁוֹפְטִים Judicum XII. historiam continet, annorum 299, secundum alias 319. Capita ex recensione Hebræorum continet 21. versus 618, medius est c. X. 8. ex Syrorum, capita 11. versus 4233. Pinchasus ne an Heli, Samuel, Ezechias, an Esdras ejus sit author, non convenit. 3. *Sa-*

3. Samuel שְׁמוּאֵל Origeni θεόκλητος nomen duorum librorum, qui LXX. libri βασιλείων seu βασιλειῶν dicuntur. Primi, cujus fortè ad caput XXV Samuel author, reliquorum Nathan vel Gad Prophetæ, quamvis & Ezechiæ quidam, quidam Esdræ tribuant, capita sunt 31, versus 797. *Posterioris* capita 24. versus 679.

4. Reges מְלָכִים Regum libri duo, qui Israëlis & Judæ historiam continent. A pluribus forte scripti sunt, Nathane nempe, Achija, Semaja, Iddone, Azaria, Jehu & Miccejehu: quibus nonnulli Elisæum, Esaiam, Achiam Silonitem, Jeremiam & Esram addunt. Prior capita 22. versus 809. continet: posterior capita 25, versus 712. Sic uterq; habet versus 1521. quorum medius 1. Reg XXII 6.

5. Esaias יְשַׁעְיָהוּ ex Prophetis majoribus nobis & in Bava Bathra primus, Rabbinis secundus. Absolvitur ejus Prophetia capitibus 66 versibus 1295. quorum medius c. XXXVII. 21 Nullus plenius, evidentius, & magis discertè de Christo egit. Putatur ejus præ reliquis Prophetis exquisitissimam notitiam habuisse: prout & Moses suorum vaticiniorum habuit.

6. Jeremias יִרְמְיָהוּ Prophetia ejus stylo rusticiore conscripta est & ordine turbato. Ideo Abarbinel המוקדם מאוחר והמאוחר קודם πρότερον

ὕστερον, & ὕστερον πρότερον. Absolvitur capitibus 52 versibus 1365. medius est c. XXVIII. 11. sunt qui in terrestri Paradyso superstitem volunt: imò ipsius animam in alium migrasse.

7. Ezechiel יְחֶזְקֵאל Propheta captivitatis Babylonicæ, minus quidem in Prophetiis suis disertus, sed ita [illegible], ut Judæi juventuti suæ, earum principium & finem legere prohibuerint. Agit in illis præcipuè de populi restitutione. Includuntur capitibus 48. versiculis 1273. quor. medius c. XXVI. 1.

8. Hoseas הוֹשֵׁעַ. Propheta Esaiæ σύγχρονος. Vixit enim sub Usia, Jothamo, Achazo & Ezechia. Dicitur fuisse *filius Beeri*, i. e. putealis fortè sic dictus, quod legis & doctrinæ divinæ uberrimâ copiâ apud ætatis suæ homines alluxerit. Vaticinatus est clare de vocatione gentium, & reprobatione Judæorum.

9. Joel יוֹאֵל Propheta Judæ, Hoseæ contemporaneus. Appellatur *filius Pethuel* secundum Senensem, ut ex nomine panis ac buccellæ Dei, vati ad annonæ & frugum desiderandarum imaginem, vaticinium editum fuisse videatur.

10. Amos Thecoënsis, עָמוֹס ex bubulco Propheta factus tempore Uziæ. Vocatur קְטִיעַ לְשׁוֹן ψελλὸς blæsus, quod vitium nomine עָמוּס onerosi innui creditur Concionatur adversus gentes vicinas, & pænas Judæis ac Israelitis denunciat,

11 Oba-

11. *Obadias* seu Abdias, עוֹבַדְיָה putatur fuisse semicenturio ille ad comprehendendum Elisæum ab Ochozia missus. Hieronymo vir ille qui centum Prophetas tempore Jezabelis in spelunca pavit; Rabbinis Edomæus. Concionatus est contra Edomæos.

12. *Jonas* יוֹנָה nonnullis Sareptanæ viduæ filius ab Eliseo suscitatus; verius Judæus ex regione Amithai, vinculo Seth, in tribu Aser. Videtur sub Joa vel Jeroboamo II. prophetasse.

13. *Micheas* מִיכָה Morastites, Esaiæ Contemporaneus. Prophetavit sub jothamo, Achazia, & Ezechia.

14. *Nahum* נַחוּם *Elkosai* seu à patria, seu à familia, seu à munere. Vixisse putatur circa Manassis tempora. Prædicit inter cætera absolutè urbi Ninivæ excidium.

15. *Habakuk* חֲבַקּוּק filius secundum paraphrasten Chaldæum Sunamitæ, sed falsò. Ante captivitatem, & quidem sub regno Manassis prophetasse verisimile est. Minatur Chaldæis & prædicit Christum.

16. *Zephania* seu *Sophonias* צְפַנְיָה Jeremiæ coætaneus. Docuit sub Josua contra Judæos & Babylonios, illosque adventu Christi solatur.

17. *Haggæus* חַגַּי cœpit sub Dario, Hystaspida fortè, in captivitate prophetare. Ex-

hortatur ad templi structuram, idque gloriosum pollicetur.

18. *Zacharias* זְכַרְיָה filius Barachiæ, nepos Iddonis, inter sacerdotes à Nehemia numerati, Coætaneus Haggæi. Exhortatur Zerobabelem & Josuam ad templum exstruendum, & vaticinatur de Christo.

19. *Malachias* מַלְאָכִי nonnullis cum Mardochæo, Judæis cum Esra idem Origeni Angelus de cælo, Epiphanio Sophanus, è tribu Zabulon, propter elegantem formam sic appellatus, coætaneus duorũ præcedentium. Objurgat populi & sacerdotum circa cultum Dei & leges connubiorum peccata; Messiæ prodromum Eliam promittit &c. Dicitur חוֹתַם הַנְּבִיאִים sigillum Prophetarum, quia in eo & series Prophetarum V. T. & scriptio θεόπνευστος in libris defecit.

III. *Hagiographa* כְּתוּבִים Chaldæis כְּתִיבַיָּא, Epiphanio γραφεῖα *sacra scripta* quod scripta sint בְּרוּחַ הַקֹּדֶשׁ per spiritum Sanctum. Est autem hic explicante Kimchio, secundus Prophetiæ gradus, quo homini nec per visionem, somnum vel auditionem vocis, nec per ecstasin, sed cum sensibus est integris, Prophetia contingit. *Dividuntur* in חָמֵשׁ מְגִלּוֹת libellos quinque, Judæis κατ' ἐξοχὴν ita dictos, qui per annum in festis legi solent, ut sunt *Canticum*

Cantic.

Canticorum, Ruth, Threni, Jeremiæ, Ecclesiastes, Volumen Esteræ; & alios partim *Poeticos*, quales sunt *Psalmi, Proverbia Salomonis, Jobus*; partim *Propheticos*, ut sunt *Daniel*; partim *Historicos*, ut sunt *Esra, Nehemias, & verba dierum* seu *Chronica*.

1. Canticum Canticorum שִׁיר הַשִּׁירִים i. e. Canticum excellentissimum, in quo sub typo conjugii Salomonis & filiæ Regis Ægypti, spirituale inter Christum & Ecclesiam conjugium describitur. Castalius Epithalamium esse dixit. Non permittitur legi á Judæis ante annum trigesimum primum. Rabbinorum tamen est, כל שלמה האמור בשיר השירים קדוש. Omnis Salomo cujus in cantico canticor. fit mentio est sanctus. Complectitur. c. 8. versus 116. medius c. IV. 14.

3. Libellus Ruth רות historia Ruthæ Moabitidis, à Samuele fortè scripta, Judæi tempore Abezan judicis quibus cum Boazo idem accidisse putant. Continetur capitibus 4. versiculis 85. medius c. II. 21.

3. Threni Jeremiæ, אֵיכָה quomodo, aliàs קִינוֹת lamentationes vel θρηνῳδίαι cum lyrico conveniens, quâ urbis eversionem, & populi captivitatem deflet. Constat capitib. 5. medius c. III. 34.

4. Ecclesiastes קֹהֶלֶת liber à Salomone in senecta conscriptus, certum pœniten-

tiæ indicium. Voluerunt eum inter ἀπ'νεγυφα Rabbini referre propter quandam dissonantiam; sed cum viderent in principio & fine verba legis continere, mutaverunt sententiam. Constat capitibus 12. versibus 166, medius est c. v. 7.

5. *Volumen Estheræ*, מְגִלַּת אֶסְתֵּר historia Estheræ in usum populi magnam partem ex Regum Persiæ Chronicis, à Mardocheo vel alio excerpta. Ideo nomen Dei ne semel quidem in eo occurrit. Tanti fit ab Hebræis, ut dicant omnes libros Propheticos & Hagiographos tempore Messiæ abolitum iri, excepto libro Esther, qui æque stabilis est ac Pentateuchus. Vocatur etiam κατ' ἐξοχὴν מְגִלָּה *Volumen*, quia apud veteres peculiari volumine, & quidem sine ullis distinctionum notis consignabatur, ut in exemplari manuscripto Buxtorffiano, ligno circumvoluto videre est. Complectitur capita 10. versus 166, medius est c. vi 10.

6. *Psalmi* תְּהִלִּים hymni, laudes, & סֵפֶר תְּהִלִּים liber laudum, est liber ille, qui Psalmos Davidis dictos continet, Hebræis sunt 150; LXX Syriacæ & Arabicæ Sionitæ translationi 151: aliis secundum numerum dierum Jacobi 147: illis qui primum & secundum conjungunt 149. Davidis sunt plærique, aliis eorum quorum præferunt nomina. Syri, Davidi 72. filiis Core 11. Ethani unum, Salomoni duos

duos adscribunt. Triginta duos legales faciunt, novendecim jubilatorios. Ab Esra in unum volumen congestos verisimile est. Titulos habent apud Syros & Arabes diversos. quorum quosdam apud Cl. *Hottingerum* lingvarum Orientalium Oceanum vide. Thesauri Philologici p. 499 & seqq. Dicuntur 1. vulgò *parva Biblia*, quòd tota cœlestis doctrina in iis explicetur. 2. Hebræis סֵפֶר תְּהִלִּים liber cumulorum, quod laudum Dei cumulum contineant, & 3. אַלְפָא בֵּיתָא רַבְּתָא *alpha betha magnum*, vel absolutè Alphabethum. Apud eosdem Psal. cxix in Masora ita dicitur, quia per ordinem Alphabethi ita scriptus est: Psal. verò xci. שִׁיר בְּגָעִים *Canticum occursuum*, quod de Dei circa illa, quæ homini occurrere possunt בְּגָעִים seu eventus mali agat. Habet apud Hebræos versus 2517. medius est Psal. LXXVIII 36 apud Syros 4832.

7. *Proverbia Salomonis*, מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה ad verbum, sententiæ dominantes, i. e. eximiæ, celebratæ, scitæ, figuratæ, eruditæ, breviculæ, & salutarem doctrinam fundentes. Continentur capitibus 31, versibus 913. medius est c. XVI. 18.

8. *Jobus* אִיּוֹב *liber Jobi*, qui fortè ante legem latam, Israëlitis in Ægypto degentibus vixit, seu ab ipso, seu ab ejus amicis, seu a Mo-

se scriptus; nisi ab eo ex lingva Arabica vel Syriaca in lingvam Hebraicam translatum malis. Putatur enim lingvá Arabicâ scriptus fuisse. Unde Bibliandro Theologus Arabs vocatur. Anabaptis est Tragicomædia Hebræorum. Includetur capitibus 42. versibus 1070. medius est c. xvi. 22. Syri habent capita 34. versus 2803.

9. Daniel דָּנִיֵּאל prophetia Danielis, scripta potius ab ipso Daniele, quam à Synagogæ magnæ viris, quod Thalmudistæ prodiderunt. Dicitur ab Hebræorum vulgo Propheta על דרך העברים per metaphoram; imò abhorrent ab ejus lectione, quòd adventum Messiæ nimis clarè definiverit. Sed R. Jachiades dicit quòd שהגע לקצר הגבול הנבואני, quòd summum Prophetæ terminum sit assecutus. Habet capita 12, versus 357. quorum medius c. v. 30.

10. Esra עֶזְרָא liber Esræ, filii Saariæ, filii Asariæ, duodecimi ab Aarone, legis Domini scribæ ingeniosi & velocis. Exemplar Esræ manu in corio scriptum, & in voluminis modum obtortum, nullaque labe à tinea vitiatum, in sacrario ædis Divi Dominici, Bononiæ se vidisse Tissardus Ambacus jactat. Fides sit penes authorem.

11. Nehemias נְחֶמְיָה liber à Nehemia filio Hacaliah sacerdote scriptus. Dicitur *Esra secundus*, quòd ea quæ ab Esra & Nehemia

miâ acta sunt, complectatur, quodque in unum apud Hebræos & Græcos compingatur volumen. Continet cum Esrâ versus 688. quor. medius 32. Nehemiæ c. iii.

12. Verba dierum, דִּבְרֵי הַיָּמִים

Chronica sive *Annales* ab Esra sine dubio scripti. Græci *παραλειπόμενα* seu *præterita* vocant, quia in illis, quæ in libris Regum omissa, exactius referuntur. Continent res ab initio mundi, ad tempora Zedechiæ & Cyri. Constant versiculis 1763. quorum medius est 25. 1. Chron. xx. vii.

CAPUT. II.

Catalogus librorum Apocryphorum V.T.

Libri Apocryphi dicuntur, vel à voce *κρύπτη*, arcula, quod non fuerint repositi *ἐν τῇ τῆς διαθήκης κιβωτῷ*, *in arca fœderis* seu *armario Judaico*, ut Tertullianus vocat: vel à *κρύπτω* occulto, seu quòd eorum authores sint incerti; seu quòd privatim tantum & non pro ambone in Ecclesia Græca legebantur, seu quòd authoritas eorum obscura & incerta. Hebræis sunt גְּנוּזִים *absconditi*, vel quòd tanquam vitiosè scripti privatis usibus reservarentur, aut in terra sepelirentur; vel quòd aliis V. T. libris contradicerent, & ideò

indigni lectu censerentur Rabbini מאומות העולם à gentibus seculi multiplicatos scribunt בְּקוֹבִיץ ספרי הקֹדש, in *systemate librorum sanctorum*. Rufinus *Ecclesiasticos* vocat, quia eos majores in Ecclesia legi voluerunt, non tamen proferri ad authoritatem scripturæ confirmandam. Sunt & alii *Apocryphi* dicti, quos in Ecclesia legi voluerunt, ut Evangelium Thomæ Apostoli, quo Manichæi utebantur. Evangelia quæ corrupit Lucianus, liber fundamentum dictus, libri quos fecit Lentitius &c. Libri verò Apocryphi V. T. sunt 1. *Sapientia Salomonis*. 2. *Syracides*. 3. *Baruch*. 4. *Tobias*. 5. *Susanna*. 6. *Libri Hasmonaeorum*. 7. *Judith*.

1. *Sapientia Salomonis* חִכְמְתָא דִשְׁלֹמֹה liber Salomoni adscriptus, quem Syrâ lingvâ scriptum ad aliquem Orientis Regem misisse R. Moses Bar Nachman opinatur. R. Gedoliah & alii à Philone compositum credunt. Venit aliquando *Proverbiorum* nomine; ideò etiam à nonnullis Canonicus creditur.

2. *Syracides* בֶּן סִירָה *filius Syra*, liber ab eo scriptus, qui quia accensetur ספרים היצונים *libris prophanis*, inter prohibitos apud Judæos habetur. Inventi tamen qui concessere, quod מלי מעליותא דואיתבהי multa utilia in eo essent להגין ad meditationem, & non ליגיעה

לִיגִיעַ ad laborem, i. e. eo modo quo quis epiſtolam quamlibet legit; nec ad firmandam fidem, ſed ad firmandos mores. Dicitur & *Eccleſiaſticus*.

3. *Baruch* בָּרוּךְ ſcriptum á Barucho Jeremiæ diſcipulo dictum, ſed ψευδεπίγραφον ab Helleniſtà aliquo conſarcinatum.

4. *Tobias* טוֹבִיָּה hiſtoria Tobiæ aliquando ex lingva latina in Hebræam verſa, & Conſtantinopoli primò, poſtea à Munſtero, quem Zemach David authorem verſionis facit, ſed falsò, edita. Continet nonnulla nugacia.

5. *Suſanna* שׁוֹשַׁנָּה hiſtoria Suſannæ ab aliquo Græco conficta. Etymologiæ illæ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσει, ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσει, ex Græco ſunt.

6. *Libri Hasmonæorum* סִפְרֵי לְהַשְׁמוֹנָאִים vel מַכַּבִּיאִי hiſtoria Macabæorum, in tres libros diſtincta, in quibus bella cum Regibus Syriæ recenſentur. Prius volumen conſcriptum fuiſſe putatur ab authore lingvâ Hebraicâ. Poſterius, eſt breviarium Jaſonis Cyrenæi, qui quinque libros de hoc bello conſcripſerat. Hasmonæi poſſunt dici, vel quaſi חַשְׁמַנִּים ὡς πρέσβεις legati ſeu ἄρχοντες καὶ ἀξιωματικοὶ viri magni & authoritate pollentes: vel ab Arabico חשם vel potius כשם timuit, & Hebræo [illegible], id eſt, præfecti reverendi: vel a [illegible] ſeu כשם

כשם, quod significat & *irasci,* unde addito Nun, Haschmon iratus, quòd justo incitati Zelo hostes Ecclesiæ invasissent; & *Erubescere*, quòd coram eis tanquam præsidibus erubescerent; & *Verberare*, quod flagella Ecclesiæ hostium fuerint. *Maccabæi* nomen Judæ soli datum erat, & poterat dici secundum Fullerum, vel tanquam מַכָּה בִּי plaga per me, quòd Judæis apostatis & gentilibus clades intulerit; vel à כָּבָה extinxit, quod bella contra populum Dei mota cum parastatis sopiverit, quæ Etymologia placet; vel à כאב quasi sit מכאובי dolorem adferens, nempe populi Dei hostibus; vel à נקב tanquam מקבי, quod mallei instar robur confringendi & contundendi nactus fuerit; vel tanquam מגבי à מכבה fractio, quòd hostium vires fregerit: vel מחבי mutato Caph in Heth, a חבה amare, quod Deum, Patriam & gentem suam amaverit: vel denique, quod Judæis placet, à literis vexillo insertis מ כ ב י ex Exodi XV. 11.

מִי כָמֹכָה בָּאֵלִם יְהוָה

quis inter Deos similis tibi ô Deus! Nota verò Maccabæos etiam fuisse vocatos. 1. Judæ Maccabæi fratres & posteros, 2. Tam septem illos adolescentes, qui ab Antiocho tormentis cruciati sunt, quam illos qui elephantis objecti fuere. Unde colligas à primis Christianis, quod Scaliger notavit Maacabæos dictos, *παῖδας τοὺς ὑπὲρ τῆς θρησκείας ἀγωνισαμένους* o-

mnes

mnes ilos qui propter cultum persecutionem patiebantur.

7. *Judith* historia de Juditha & Holoferne, quæ, si Hieronymo fides, Chaldæo sermone primò exarata fuit.

CAPUT III.

Libri deperditi, quorum in V. T. mentio.

LIbri qui in V. T. & alibi occurrunt, nec prodiere, sunt septemdecim. 1. *Liber bellorum Domini*. 2. *Liber mysteriorum* seu *absconditorum*. 3. *Liber fœderis*. 4. *Verba medicinalia Salomonis*. 5. *Verba dierum Mosis*. 6. *Liber Verborum Salomonis*, 7. *Verba Chozai*, 8. *Liber Chronicon Mediæ & Persiæ*. 9. *Liber Domini*. 10. *Epicedia*, 11. *Liber justi*. 12. *Liber Regum*. 13. *Libri Physici*. 14. *Liber judicii*. 15. *Liber obsignatus*. 16. *Verba antiqua*, 17. *Liber Vitæ*. 18. *Liber Zelotypiæ* 19. *Liber Jannes & Jambres*. 20. *Liber Enochi*

1. *Liber bellorum Domini* ספר מלחמות יי Numeror. XXI. 14. liber Judicum quibusdam, aliis Numerorum, nonnullis Catalogus, in quo bella quædam descripta fuere. Aben Ezræ & Drusio liber festus, ex quo duo versiculi citantur, qui intercidit.

2. *Liber mysteriorum* seu *absconditorum* מגלת סתרים Hal. ol. c. 1. liber qui

conti-

continuisse putatur signa quædam, ἢ ὑπεράσεις de lege orali, quam vivâ voce discebant, quamque ante Judam sanctum nemo conscripsit; à discipulis apposita, & ne oblivione traderentur, conscripta.

3. Liber fœderis seu Testamenti סֵפֶר הַבְּרִית Exodi xxiv. 7. Jarchio liber continens decursum à Genesi ad legis lationem & præcepta in Mara, seu Exodi caput xix. Augustino judicialis & Ceremonialia præcepta, quæ Exodi xx. ad xxiv. continentur. Cajetano decem præcepta, & aliæ leges ante promulgationem legis in tabulas latæ Forte illa Pentateuchi pars, quâ mandata sacra & civilia populo Israëlitico data, summatim recensentur. Catenæ Patrum Mscr sunt *πάντα τὰ εἰρημένα ῥήματα. διότι ἐγώ εἰμι κύριος ὁ θεός, ἵνα τί; ἐὰν γὰρ οὐ λύσῃς τοῖς θεοῖς αὐτῶν, ἔτι σοι πρόσκομμα.*

4. Verba medicinalia Salomonis, כספר רפואות שעשה שלמה R. David Kimchi in 2. Reg xx, liber qui continebat forte incantationes, & modos conjurationum Salomoni, ut ajunt, notos, quibus obstringebantur Dæmones ne redirent Dicitur fuisse absconditus ab Ezechia, quòd in eo homines spem suam collocassent.

5. Verba dierum Mosis דִּבְרֵי הַיָּמִים לְמֹשֶׁה Abenezra in Exodum, liber in quo

quo dicitur fuisse historia de Sepphora uxore ejus Æthiopissâ.

6. Liber Verborum Salomonis סֵפֶר דִּבְרֵי שְׁלֹמֹה 1. Reg. XI. 1. liber fortè actorum publicorum, in quo Salomonis ab Ozai Propheta res gestæ. Malè de Chronicorum libris sumitur. Nam hi longo post tempore conscripti sunt.

7. Verba Chozai דִּבְרֵי חוֹזָי 2. Chronic. XXXIII. 19. liber scriptoris antiquissimi, de sceleribus & resipiscentia Manassis Regis Senensi, Videntium seu Prophetarum (legi debet חוזים) Kimchio. Sed illa in scriptis Prophetarum Canonicis non extant.

8. Liber Chronicorum Regum Mediæ & Persiæ סֵפֶר דִּבְרֵי הַיָּמִים לְמַלְכֵי מָדַי וּפָרָס Estheræ X. 2. annales actorum divinorum Regum in publicâ Ecbatanæ Bibliothecâ servati.

9. Liber Domini סֵפֶר יְהוָה Esaiæ XXXIV. 16. Kimchio Esaiæ Prophetia, Jarchio historiâ diluvii, nonnullis liber naturæ. Illud verisimilius.

10. Epicedia קִינוֹת 2. Chronic. XXXV. 25 Carmen lugubre in funere Josiæ à Jeremia compositum, quod Josephi tempore adhuc extabat. Jarchio postrema pars libri Threnorum, sub quarto & ultimo alphabeto comprehensa.

11. Li-

11. Liber justi vel rectus ספר הַיָּשָׁר Josuæ x 13. Jarchio Genesis; aliis ὁ ἀνεκτικός; nonnullis duo Samuelis libri. Tutissimum dicere cum Garsenida, intercidisse cum reliquis forensibus tempore captivitatis.

12. Liber regum סֵפֶר הַמְּלָכִים in libris Regum & Chronicorum, dicitur aliquando liber verborum sive sermonum, sive dierum Regum Israëlis; aliquando liber dierum Regum Jehudæ; interdum liber Regum Judæ & Israel. Liber est ignotus, & qui injuria temporis interiit.

13. Libri Physici דִּבְרֵי הַטֶּבַע 1. Reg. IV. 32. Salomonis nempe de naturis plantarum & animalium. Periere cum aliis incendio.

14. Liber judicii vel rationis regni סֵפֶר מִשְׁפַּט הַמְּלוּכָה, 1. Samuel. x. 25. liber de regni administratione agens. Kimchio primi Samuelis pars prima. Hottingero ea pars capitis octavi, quæ de jure regio ex professo tractat.

15. Liber obsignatus סֵפֶר הֶחָתוּם Esaiæ XXIX. 10. Senensi est scriptura sacra in genere, Schindlero liber contractionis, cujus duplex apud Judæos exemplar, apertum & obsignatum.

16. Verba antiqua הַדְּבָרִים עַתִּיקִים 1. Chronic. IV. 22. authori quæstionum Hebraico-

braicorum liber Ruth, quia eadem contine-
que 1. Paralipom. ex libro ſermonum veterum deſcripta ſunt; Schindlero nota per Cabbalam & oretenus tranſlata: Vulgato interpreti, explicante Senenſi, hiſtoria Principum quorundam ex tribus Juda, qui regnaverunt in Moab; & hiſtoria viri cujuſdam ex eadem tribu, qui ducentis ferè poſt Joſuam annis, renovato miraculo ſolis curſum remoratus, eſt. Junio verba obſoleta, ſoci poſteriorum ignaviâ ſepulta.

17. Liber Vitæ סֵפֶר חַיִּים Maimon. More Nevochim p. II. c. 47. per metaphoram Deo tribuitur, quâ innuitur omnia noſtra facta eſſe Deo manifeſta, accuratamque eorum rationem habere. Hinc Arabibus אללוח tabula, vel אללוח אלמחפוט *tabula cuſtodita*, qua omnia contineri volunt.

18. Liber Zelotypiæ סֵפֶר קְנָאוֹת Numer. v. 11 Scheda Zelotypiæ, quam sacerdos in poculum redargutionis fœminæ de adulterio ſuſpectæ, ut vel crimen vel innocentiam detegeret, conjiciebat.

19. Liber Jannes & Jambres סֵפֶר יוֹחָנָא וּמַמְרֵא Druſio ad Pentateuchum liber erat principum Magorum Pharaonis, qui Moſi reſtiterunt. Citat ex eo Apoſtolus hiſtoriam de illis.

20. Li-

20. *Liber Enochi*, est ille ex quo Judas prophetiam de extremo judicio citat.

Caput IV.

Catalogus exemplarium V. T.

Exemplaria antiquissima librorum V. T. eaque nobiliora recensentur aliquot, 1. *Hillelianum*, 2. *Aegyptiacum*, 3. *Babylonicum*, 4. *Palestinum*, 5. *Sinaiticum*, 6. *Jerichuntinum*. 7. *Hierosolymitanum*, 8. *Hispanicum*, 9. *Samaritanum*, 10. *Badense*, 11. *Complutense* 12. *Bononiense*, 13. *Mediolanense*, 14. *Aria Montani*, 15. *Argentinense*.

1. *Hillelianum*, סֵפֶר הִלְּאלִי, seu הִלְּלִי & הִלְלִי R. Zacuthin Juchasin, *liber Hillelianus*, erat exemplar in Legione inventum, Hilleli seu Babylonio qui centum circiter annis ante templi secundi vastationem vixit seu Principi nepoti R. Judæ sancti, qui circa annum Christi cccxi. in Judæa floruit, & postea sacra Christiana suscepisse putatur, vindicatum, ex quo Judæi Hispani exemplaria illa omnia correxerunt. Pars ejus vendita erat in Africam inspectante Zacutho.

2. *Aegyptiacum*, סֵפֶר יָדוּעַ בְּמִצְרַיִם Codex celebris in Ægypto Maimonid. in Hil. Seph. Th[illegible], exemplar à Ben Aschero, qui Hierosolymis diu fuit, correctum, quod & Maimo-

Maimonides in Libro legis, quem descripsit, secutus est Eliæ Levitæ est ספר ירושלמי liber Hierosolymitanus. Sequuntur nunc eum Europæi,

3. *Babylonium* ספרי בבל *libri Babylonii* Buxtorff. de punct. vocal. p. 55 Codices Babylonii ad ... R. Mosis Ben. Nephtali Doctoris Babylonii, qui circa annum MXXXIV. vixit correcti.

4. *Palæstinum*, ספר ישראל liber Israel, seu Judæorum Palæstinorum, qui sequebantur lectionem Aaronis Ben Ascher, Doctoris Tiberiensis Ben Nephtali æmuli. Differt aliquanto in lege à superiore, salva textus integritate.

4. *Sinaiticum*, סיני *Sinai* Elias in tabul. Tract. est exemplar Pentateuchi correcti, quod diversitatem accentuum tractat. Author ignoratur.

6. *Jerichuntinum* חומש יריחו *pentateuchus Jerichuntinus*, El. d. l. exemplar legis correctissimum Jerichunte allatum, de vocibus plenis & defectivis agens.

7. *Hierosolymitanum* ירושלמי Elias ibid. exemplar est, cui R. Jonas Grammaticas teste Kimchio innititur, idem forte cum eo, quod R. Ben Ascher correxit.

8. *Hispanicum*, ספר אספמירי *liber Hispanus*. Elias d. l. synecdochicè omnes libri Hispaniæ, qui præ cæteris emendati sunt.

9. Sina-

9. Samaritanum, נֹוסַח שׁוֹמְרוֹנִי exemplar Samaritanum.

10. Badenſe Hotting. Theſauri p. 110. in Marchionis Badenſis *κειμηλ* archio habetur ex Bibliotheca Reuchlini, putaturque tempore Maccabæorum exaratum.

11. Complutenſe, M. S Bibliotheca complutenſi quinque vel ſexcentorum annorum

12. Bononienſe M. S. ſervatur ibidem in Prædicatorum monaſterio, & Canonicorum Cœnobio, quod Riſſardus Esræ authographum eſſe putat.

13. Mediolanenſe M. S. apud Dominicanos Mediolani ſervatur.

14. Ariæ Montani M. S. ante quingentos annos exaratum eſt.

15. Argentinenſe M. S. duobus tomis comprehenſum antiquiſſimum, in quo alternatim textus Hebræus & paraphraſis habentur.

CAPUT V.

Catalogus verſionum V. T.

V*Erſiones bibliorum V. T.* ſunt 1 Chaldaica. 2. Syriaca, 3. Arabica, 4. Perſica, 5. Samaritana, 6 Græca, 7. Latina, quo 9. Octopla. 10 Heptapla & 11. Ὀκτάπυχον.

1. Verſio Chaldaica תַּרְגּוּם per ἐξοχὴν, paraphraſis, ſeu tranſlatio, Bibliorum V. T. Esra, Daniele, qui ſemi Chaldæi, & Chronigis

cis exceptis, quorum tamen exemplar in Codice quodam Erpeniano MS. in Anglia inventum, in Chaldaicam lingvam (תַּרְגֻּם idem ſignificat quod פתר expoſuit, explicavit.) Edita primo fuit absque punctis: Buxtorfius & alii magno labore adjecerunt. Eſt autem quintuplex.

1. *Targum Onkelosi*, qui putatur fuiſſe Titi Veſpaſiani Imperatoris ſororius, & quia gentiliſsimum cum Judaismo commutaſſe creditur, dicitur Proſelytus. Σύγχρονος fuit R. Gamalielis præceptoris Divi Pauli, & ſecutus eſt contextum in plerisque κατὰ πόδα. Refertur alias ejus origo à quibusdam ad R. Eliezerem & Jehoſuam, ab aliquibus ad Prophetas.

2. *Targum Jonathanis* Uzielidæ diſcipuli Hillelis ex octoginta præſtantiſſimi. Vertit tantum Prophetas.

3. *Targum* שֶׁל חֲמֵשׁ מְגִילוֹת, quinque libellorum, Ruth ſcilicet Eſtheræ, &c. incerti authoris lingvâ Babylonica. Eſt poſtremum omnium, ideò fabulis refertiſſimum.

4. *Targum Raf Joſe*, qui alias סַגִּי נְהוֹר πολυφεγγὴς, per antiphraſin dicitur, quòd cæcus vel luſcus fuerit. Tranſtulit Pſalterium, Jobum, Proverbia & Hagiographa. (de his dubitant quidem) ſtylo inæquali, vocabulis Syriacis, Græcis & Latinis referto. Cameroni eſt ineptiſſimus & impudentiſſimus Scripturæ depravator.

5. *Tar-*

5. *Targum Hierosolymitanum* ab urbe vel stylo (plura in eo vocabula Babylonica, Persica, Græca & Romana) ita dictum, à pluribus scriptum ab uno editum.

6. *Versio Syriaca* duplex est. Ex Græca ab Origene pernicista una; ex Hebræa altera; quarum hac Syri tam Maronitæ, quam Nestoriani & Jacobitæ utuntur. Pars ejus illa, quæ Pentateuchum, Josuam, Judices, Ruth, Samuelem, Davidem, Proverbia, Ecclesiasten, Cantica Canticorum, & Jobum continet, tempore Salomonis orante Rege Tyri Hiramo versa putatur; altera curá Thadæi & aliorum Apostolorum, Regis Syriæ Abagari tempore. Putatur Paulus dictum illud Ephes. IV. dedisti dona hominibus, ex ista versione citasse. In Hebræo enim est, accepisti dona in hominibus. Usserius sibi integrum V. T. è libro Patriarchæ Antiocheni in monte Libano describi curavit. Extat in Bibliis Polyglottis, quæ aliquot viris magnis, Waltono in primis debemus.

7. *Versio Arabica* duplex quoque est *Una* R. Saadiæ Gaon, quam cum, pulsus à Davide F. Zachai Æchmalotarcha delituisset, in gratiam popularium per Asiam & Africam dispersorum confecit, inque ea plærumque longius à verbis & phrasibus abit. *Altera* quæ in Bibliotheca Francisci Savarti de Breves Galliæ Constantinopoli legati habetur apud Arabes Christianos nata. Datur & quædam *Pentateuchi* solius Judæorum Mauro-

rum

rum ab Erpenio edita, Codex optimæ notæ *Scaligero in qua nimis presè, & quidem ex exemplari Hebraico à communi abeunti, Hebraicæ voces vertuntur: nec non Pentateuchus Iba Sinæ, qui ex septemvirali editione anno Hegiræ 891. translatus, in Bibliotheca Laurentiana servatur. Est & *Psalterii* versio quadruplex, *Hubiensis* nempe, *Romana*, cum punctis & versione, *Aegyptiaca*, & *Syriaca*, quarum istæ nondum editæ.

4. *Versio Persica* integrorum Bibliorum fortè nulla est. Pentateuchum Jacobus Tusiusaliàs, Tavusius dictus, vertit, difficilioribus omissis.

5. *Versio Samaritana* Pentateuchi etiam solius est, eaque triplex, Græca, Chaldeo Samaritana & Arabica.

6 *Translatio Græca* quadruplex est, 1. LXX. Interpretum 2. Aquilæ 3 Symmachi 4. Theodotionis. Græcis dicitur ἡ τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνεία.

1. *Translatio* LXX *Interpretum*, Hebræis הזקנים scil. העתקת השבעים seniorum, est celebris illa versio, quæ, procurante Ptolomæo Philadelpho, seu ut alii patre ejus Lagidà, non ex Syriaco, ut R. Gedaliæ visum, nec ex Chaldæo, ut Philoni, sed ex Hebraico in Ægypto à LXX ab Eleazaro delectis, ut ab Aristeo, qui & nomina prodit refertur, à LXXII. viris Synagogæ magnæ, ut Hilario & Baronio visum, & quidem haud sine miraculo, ut quidam fabulantur, confe-

cta est. Sunt qui totum Testamentum vetus vertisse credunt; sed sunt etiam, qui *Pentateuchum* duntaxat. Utebantur ea in synagogis suis per universum ferè orbem, docente Tertulliano, Hellenistæ. Tempore Origenis & Hieronymi LXX. exemplaria lacerata fuere & inversa. Romana literis aureis majoribus scripta, in Vaticana Bibliotheca visitur: sed in qua plures notorii errores. Londinensem Theclæ Virginis manu ætate Constantini M. exaratam, & a constantissimo Martyre Cyrillo Patriarcha Constantinopolitano, Regi Martyri transmissam ipsi vidimus. Dicitur Mass. Soph: מעשה בחמשה זקנים *Opus quinq. seniorum*, seu quod tot author ille interpretes fuisse crediderit, seu aliam ob causam.

2. *Translatio Aquilæ* Pontici, qui Adriano Imperatori coævus & carus, gemina fuit; quarum altera dicitur ἡ κατ' ἀκρίβειαν Hieronymo. Author etsi ex gentili Christianus, post Judæus, quod ob nimium Astrologiæ studium a Christiana Ecclesia pulsus esset: tam curiosus tamen, ut & etymologias transferre conatus sit. Confunditur sæpe à Judæis cum Onkeloso.

3. *Translatio Symmachi*, à Symmacho facta est, qui Aurelio Vero Imperatori coævus, ex Samaritano Judæus, ideò iterum circumcisus, laborem hunc πρὸς διαστροφὴν τὴν τῶν παρὰ Σαμαρειτῶν ἑρμηνειῶν, ad confutationem Samariticarum interpretationum impendit.

4. *Trans-*

4. *Translatio Theodotionis*, Theodotioni Pontico debetur, qui primò Marcionita, post Judæus & circumcisus. Τρίβας εἶχεν τὰς πλείστας ἀπὸ τῆς συνηθείας τῶν ἑβδομήκοντα δύο: plurima retinuit vestigia eorum, quibus jam assueverat.

7. *Translatio Latina* multiplex est. 1. *Itala* ita dicta, quod ejus in Ecclesiis Latinis tempore Augustini, communior usus esset, incerti est authoris & ex LXX. traducta. *Prævalebat*, tum quod verborum esset tenacior cum sententiæ perspicuitate. 2. *Hieronymi*, duplex, ex Græca nempe LXX. interpretum, & ex Hebræo sub asteriscis & obelis edita, quorum hi significabant, plus LXX dixisse, quam in Hebræo est: Illi, qui Theodotionis versioni ab Origene additum esse. 3. *Vulgata*, quæ à quibusdam Hieronymo tribuitur, ab aliis Hieronymi esse negatur: à nonnullis putatur ex Itala seu vulgata illa vetere ab Hieronymo correcta, & nova Hieronymi conflata esse. Quia enim Veteris & Novæ appellatio confusionem & contentiones pariebat, factum est, ut Gregorii tempore sublatis Veteris & Novæ nominibus, communis seu vulgatæ nomen utrique imponeretur. Recepta est à Tridentino Concilio pro authentica. Numeravit in ea aliquando Isidorus Clavius 80000. errorum. Est vel *Sixtina* quæ à Sixto V. *Pontifice* edita est: vel *Clementina* quæ à Clemente VIII. quæ in haud paucis à priore abit. 4. *Aliorum*, ut Tigurinorum,

Santis Pagnini Nebiensis in Corsica Episcopi, Munsteri, Castalionis, Tremellii & Junii, &c.

8. Octapla Bibliorum, ab Origene edita, & ita dicta quod octo exemplaria contineret, nempe textum Hebraicum, Hebraicis & Græcis literis scriptum, versionem LXXII. vitalem, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, Hierichuntinam, quæ tempore Antonini Caracallæ Hierichunti in dolio, ubi diu delituerat, reperta fuit, & Neapolitanam, quæ imperante Alexandro Mammeæ Nicopoli in septentrione è dolio eruta, & quam Athanasius παρά τινος τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις σπουδαίων confectam credidit.

9. Heptapla Regia Biblia editionis *Pari*siensis nuperæ, in qua textus Hebræus, Samaritanus, Chaldæus, Græcus, LXX interpretum, Syriacus, Latinus ex versione Hieronymi & Arabicus.

10. Ὀκτάτευχος, *Octateuchus* Photio, sunt octo primi V. T. libri, quorum poëticam metaphrasin Eudocia laudat. Ἀνεγνώσθη, inquit, μετάφρασις τῆς ὀκτατεύχου. καθ' ἡρῷον δὲ αὐτὴν μέτρον ἐμπεποίηται. λόγοι δὲ ἦσαν ὀκτὼ καθ' ἀριθμὸν τῶν ἀμειφθέντων.

DE

DE FESTIS GRÆCORUM SCHEDIASMA

TITULUS I.

De Festis Deorum & Heroum apud Græcos

CAPUT. I.

De Festis Jovis.

FEsta apud Græcos *Diis vel Deabus, Heroibus* & *Heroinis* sacrata erant. Inter *Deos* sunt *Juppiter, Apollo, Bacchus, Mercurius, Neptunus, Vulcanus, Saturnus, Priapus, Cupido &c.*

1. *Jovis* festa sunt, 1. Αμμαλὼ, 2. Δαίδαλα 3. Διάσια 4. Διπόλια 5. Δωμεῖα 6. Εκατομφόνια, 7. Ἰθώμαια 8 Ελευθέρια, 9. Μαιμακτήρια, 10. Ολύμπια. 11. Ομολώια, 12. Παιδία, 13. Σαβάσια 14. Ταλαιδῆτης.

1. Αμμαλὼ Hesychius Jovi fuisse agitatum scribit. Quid in eo actum ignoratur.

2. *Δαίδαλα* Pausan. in Bœoticis, à Bœotis & Platæensibus celebrabantur. Origo, Junonis in Eubœam à Jove secessus, quam Juppiter ex consilio Cithæronis Platæensium Principis, simulachro ligneo quod in curru tectum pro Platæa Asopi filia sibi quasi desponsata circumducebat, deceptam, fraude lætam reduxit. Exponebant in querceto Bœotiæ maximo carnium elixarum frusta; exque quercu in quo avis abrepto aliquo consederat, faciebant signum ligneum *δαίδαλον* dictum. Erant & *Minora*, & *Majora*. *Illa* Platæenses privatim septimo quoque anno obibant, inque iis signa quatuordecim, quotannis facta, sortito à Platæensibus, Chæronensibus, Orchomeniis, Lebediensibus & Thebanis tollebantur. *Hæc* à Conventu Bœotiorum sexagesimo quoque anno celebrabantur. Simulacrum ad Asopi fluminis ripam ornabant: pronubam in plaustrum sublatam mulieres pompæ præficiebant; Ordo sorte ducebatur; tandem plaustrum ad Cithæronis plaustrum agebant. Ibi Junoni bove, Jovi tauro, hostiis, vino & odoribus repletis honor *δαίδαλα* aræ imposita, omniaque simul concremabantur.

3. *[illegible] Ethymol. author.* Athenis fuere decimo nono Munychionis die. Pompa in equis ducta. & liberis munuscula à parentibus emebantur.

4. *Διπόλια Prophyr. περὶ ἀποχῆς*, agitabantur quoque Athenis in arce Jovi *τῷ πολιεῖ*

sot

ſeu πλιχία. Ponebantur in menſa ænea mola & liba. Circumagebantur boves, qui deguſtaſſet, maſtabatur. Trium inde familiarum ibidem nomen.

5. Διομεῖα *Euſtath. ad Iliad.* δ. Jovi τῷ Διομεῖ ſacra erant.

6. Ἑκατομφόνια *Pauſ. in Meſſen.* peragebant Jovi Ithomatæ apud Ithomen Meſſenii, ſi quando centum cecidiſſent.

7. Ἰθώμαια *Pauſan. in Meſſen.* eidem ab iisdem ſacra. Erat & certamen Muſicum antiquitus.

8. Ἐλευθέρια *Pauſan. in Bœot.* ſingulis primò quinquenniis celebrata; mox Platæenſes quotannis cœperunt. Decimo ſexto Μαιμακτηριῶνος die agebatur primâ luce pompa, in qua tibicem claſſicum canens, plauſtra myrto & coronamentis onuſta, una cum tauro nigro. Priori ingenui inferium vinum, lac, oleum & ungventa portantes, Archon Platæenſis puniceo ſago amictus cum hydria & gladio ad monumenta Heroum procedebant, ibique iſte immolato tauro, Jovem & Mercurium τὸν χθόνιον præcatus, viros fortes, qui pro Græciæ libertate occubuiſſent ad Cœnam invitabat, iisque craterem vino plenum propinabat. Nulli ſervo miniſtrare licitum. Fiebat & agon gymnicus in honorem Jovis Eleutheri. Currebant ante aram armati; maximaque curſus propoſita præmia. Celebrabant & ſervi libertate reſtituti privatim Ἐλευθέρια.

9. Μαιμακτήρια Jovi τῷ Μαιμάκτῃ mense Memacterione fieri solebant. Ritus nullibi fortè invenies.

10. Ὀλύμπια Thucyd. l. 1. & Elide & Athenis, apud Macedonas & Nicæenses celebrabantur, eratque & certamen, quod antequam adirent agonistæ, sacra pro felici successu faciebant. Præmium victoris corona ex apio vel lauro.

11 Ὁμολώια Schol. Theor. Idyll. VII. agitavere Thebani & Thessali in honorem Jovis τῷ Ὁμολωΐῳ, & Cereris τῆς Ὁμολωΐας.

12. Πανδία Ethymol. author, Jovi sacra Athenis, ἀπὸ τοῦ πάντα δινεύειν τοῦ Διὸς dicta. Poterant & ἀπὸ πανδίας τῆς σελήνης dici.

13. Σαβάζια Arnob. l v. Jovis τοῦ Σαβαζίου festa, in quibus aureus coluber in sinum demittebatur consecratis, & eximebatur rursus ab inferioribus partibus atque imis. Initiati Σαβοὶ dicebantur.

14. Ταλαιώτης Hesych. Jovis τοῦ Ταλαιοῦ apud Cretenses agon gymnicus.

Caput II.

De Festis Apollinis

Apollinis festa erant 1. Ἄκτια, 2. Ἅλια, 3 Ἀπολλώνια, 4. Γαλάξια, 5. Δευόπια, 6. Ἐρεθύμια, 7. Δαφνηφόρια, 8 Δελφίνια, 9. Δήλια 10. Ἐπιδομάδια, 11. Θαργήλια, 12. Μιλησιαίων ἑορτὴ, 13. Μεταγείτνια, 14. Πολίεια, 15. Καρνεῖα, 16. Πυανέψια,

16. πυανέψια, 17. ὑακίνθια, 18. θεία, 19. ἑβδόμη, 20. Επιδήμια Απόλλων☉.

1. Ακτια Stephan. περὶ πόλεων, feriabantur Acarnanes in urbe Actia in honorem Apollinis Ακτίυ, singulis trienniis. Bos instante festo muscis immolabatur, ut sangvine ejus saturatæ avolarent, nec festo molestæ essent. Certamen erat gymnicum, equestre, & navale. Augustus victo propè Actium Antonio, & exstructa Nicopoli, certamen Musicum, gymnicum, & equestre in quintum quemque annum instituit.

2. Αλια Aristid. in Rhodiac. Soli dabant Rhodii XXIV. Gorpiæi. Certamen pueri & viri, præmium Corona populea.

3. Απολλώνια Pausan. Corinthi apud Sycionios erant, inque illis pueri & puellæ septem ad Sytam flumen abeuntes, Apollinem & Dianam in svadelæ fanum ducebant. Rem & originem apud Pausaniam vide.

4 Γαλάξια Hesych. Apollinis fortè τῦ γαλαξίυ erant. Coquebatur in illis πόλτ☉ κρίθιν☉, puls hordeacea in lacte.

5. Δρυόπια Pausan. Messen. Dryopi Apollinis F. apud Athenienses sacra erant. Placuit huc referre.

6. Ερεθύμια Hesych. Apollini τῷ Ερεθυμίῳ peragebant Lycii.

7. Δαφνηφορία Procl. in Chrestomath. anniversaria Apollinis Ismenii & Galaxiæ erant. Puer patrimus aut matrimus, formâ & natalibus clarus præerat sacris, lignum corona-

tum κατὰ dictum gestante alio. Δαφνηφόρον illi nomen, quia laurum manu contingebat.

8. Δελφίνια Pausan. in Attic. Apollini δελφινίῳ mense δελφινίῳ apud Æginetas sacrabantur. Colebatur is & ab Atheniensibus, eique templum non longè à Jovis Olympii.

9. Δήλια Theodoret. Therapeut. VII. Apollo Delius sibi vendicabat quinto quoque anno. Curabant οἱ ἱεροποιοί.

10. Ἐπιβδιδάκια Hesychio memorantur. Quid in iis actum, ignoratur.

11. Θαργήλια Ethymol. author. Apollinis quoque Delii, sed & Dianæ apud Milesios & Athenienses erat. Illis multo cum vino & preciosorum impensa celebratum. His, mensis Thargelionis die sexto & septimo, binis tribubus unum impensarum præbitorem exhibentibus. Rami oleaginei circumferebantur, Urbs lustrabatur, Chorus tam ἀνδρικὸς seu virilis, quàm κύκλιος circularis agebatur, inque eo victor tripodem in æde Apollinis à Pisistrato erecta offerebat. Liberi adoptivi in curia præsentabantur. Nec pignus tunc capere, nec quicquam, quod alterius esset, licebat. Secus agente, actio, in conventu qui in æde Bacchi habebatur. Ritus plures hæc sequentia vocabula dabunt.

1. Εἰρεσιώνη Porphyr. περὶ ἀποχῆς l II. rami oleaginei lanâ obducti qui circumferebantur. Dependebant ex iis, panis, ficus, μελαίκυλα, κρίθη, πυροί &c.

2. Φαρμακοὶ Hellad. Chrestom. l 3. apud Phot.

Photium, duo viri (Hesychius virum & fœminam ponit) δημοσίᾳ τρεφόμενοι de publico sustentati qui ἐστολισμένοι, ornatius vestiti, extra urbem ducti, eam lustrabant, uno virorum, altero fœminarum vices subeunte. Suspendebantur immolendis caricæ è collo, nigræ pro viris, albæ pro fœminis. Dabatur in manus, caseus, maza, Corica; septies colaphis, scillis, ficubus agrestis &c percussi, igne ex lignis infelicibus exstructo cremabantur, cinis sperfus in mare. Dicebatur etiam [illegible] Helladio; συκοφάνται Hesychio, quia ficubus petebantur: [illegible] Tzetzæ: revera enim tales: φαρμακοὶ ut dixi, a Pharmaco quodam, qui sacras Apollini pateras furatus, ab Achille deprehensus, lapidibus obrutus est. Illius hi ritus imitatio.

3. Κραδίης νόμος. Hesich. modulus cantus tibiæ, ad quem φαρμακοὶ extra urbem deducebantur.

4. Φαρμακοί. Hesych. χύτρα seu olla, quâ τοῖς καθαίρουσι τὰς πόλεις cibus parabatur.

12 Μαλόεια [illegible] Thucyd. l. 3. à Mytilenensibus in honorem Apollinis Μαλόεντος extra urbem agitabatur.

13. Μεταγείτνια in Plutarch. de exil. Apollini μεταγειτνίῳ mense Metageitrione à Melitensibus Atticæ populo qui Diomea commigrarant, dicebatur. Sacrificium in eo.

14. Πολιεῖα Pausan. in Bœoticis Apollinis τοῦ πολίου seu cani apud Thebanos erant Tauri priscis temporibus immolabantur. Cum verò

aliquando propter moram eorum, qui taurum adducere debebant, bos de plaustro prætereunte mactaretur, statutum imposterum ἐργάτας βοῦς θύειν, domitos boves offerre.

15. Κάρνεια Athen. l. IV. Apollini celebrabant Spartani, mense Carneo per novem à septimo dies. Novem assignatæ σκιάδες dictæ, in quorum singulis novem viri ad mandatum per præconem denunciatum, novem continuos dies cœnabant. Tunc & certamen in quo primus victor Terpander. Sacerdos qui sacra faciebat Ἀγητὴς Hesychio

16. Πυανέψια *Harpocration* honori Apollinis à Theseo in urbem reduce institutum, & à fabis (πύαμος antiqui dicebant pro κύαμος, Harpocration πύανα vocat, quæ in eo coquebantur dictum est. πανόψια aliis. Ramus oleaginus, cui εἰρεσιώνη nomen, vel laureus lanâ coronatus, & fructibus omnis generis, qui ὡραῖα, onustus (pyra, mala, & alia excipit Strabo) à puero cui parens uterque superstes, cum cantu portabatur; qui ante templum Apollinis positus, festo exacto ante ædes paternas statuebatur. Carmen erat

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει, καὶ πίονας ἄρτους
καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἀποψήσασθαι &c.
Eiresione fert ficus & panes pingues
& mel in cotyla, & oleum ad frigendum.

17. Ὑακίνθια *Hyacinthia* Athen. l. IV. Apollinis & Hyacinthi honori à Laconibus, per triduum mense qui illis Ἑκατομβεύς, apud Amyclæos in Amyclæo seu Apollinis Amy-

clæi

clæi templo quotannis datum. *Primo & tertio* die deflebant Hyacinthum, eique mittebant inferias. Cæna sine coronis, sine pane: bellaria tantum proponebantur & sine hymno. *Secundo* θέα ποικίλη spectacula varia. Pueri in tunicis præcincti; pulsus citharæ; discursus in equis exornatis per theatrum; poematum à Choro νεανίσκων cantus; saltatores seu ὀρχησταὶ staticulos prisci moris ad cantum & tibiam dantes; Virgines pars ἐπὶ τῶν καννάθρων καμαρωτῶν in pilentis tectis, pars in curribus agonisticis. ἐφ' ἁμίλλαις ἁρμάτων ἐζευγμένων pompæ spectatrices; multæ hostiæ, & familiarium ac servorum ad cænam invitatio. Tum & pæan, & à præfecto chori suus cuique locus. Sacra Apollini ab hedera coronatis. Tum & Timomacho Laconibus olim contra Amyclæos subsidio, lorica ænea proponebatur.

18. Θεοία festum ab Hesychio Apollini tributum. Sed rituum non meminit.

19. Ἑβδόμη Gellio l. xv. Noctium Atticar. septimo quoque lunæ die, quem Apollini natalem credebant, qui inde ἑβδομαγενὴς Athenis celebrabatur. Gestabant in eo laurum, coronabant canistrum, canebant Deo hymnum, & Ephebi agitabant convivium.

20. Ἐπιδήμια Ἀπόλλωνος· *Procop. in Epist. ad Zachariam*, agitabatur Delphis quasi in præsentis honorem.

Caput III.

De Festis Bacchi,

Festa in honorem Bacchi celebrata sunt
1. Ἀγρυπνίς. 2. Ἀμβροσία, 3. Ἀνθεστήρια, 4. Ἀσκώλια, 5 Βακχεῖα, 6. Θεοίνια, 7. Θυῖα, 8. Ἰοβ[illegible], 9. Λαμπτηρία, 10. Λήναια, 11. Νεκύσια, 12. [illegible], 13. Τύρβη, 14 φάλλος, 15. οἰνο[illegible]σια, 16. προτρύγαια.

1. Ἀγρυπνίς *Hesych.* apud Arbolam Siciliæ urbem. Nomen à pervigiliis, quæ Deo illi debebantur.

2. Ἀμβροσία *Ethymol. author.* mense Lenæone quo svetum τοὺς οἴνους εἰσκομίζεσθαι a Græcis celebrabatur.

3. Ἀνθεστήρια *Ethymol. author* mense Anthesterione per triduum à die undecimo ex Pandionis seu Demophontis instituto agitabantur, & quia τὰ ἄνθη inferebantur, nomen inde. *Primus* dies qui πιθοιγία, quod tum dolia aperirentur, sacra facta Statutis propriis in eam rem crateres, & pueri trimi coronati. Peractis, datum vinum omnibus, & nec servo quidem prohibere fas. Chæronenses diem ἀγαθοῦ δαίμονος appellabant. *Secundo* qui χόες & [illegible], quia Anthesterionis duodecimus. Baccho [illegible] sacer, Mercurio [illegible] sacra fiebant. Certamen bibendi per præconem ad tubæ sonum. Propositum præmium, uter inflatus, quem tollebat,

eidem insistens, mensuram congii ebibisset. Præter utrem vino plenum, dabatur & corona ex foliis contexta. Tum & ebrii à comessantibus per convicia deridebantur, merces mittebatur Sophistis. Origo apud Athenæum exacta. *Tertio* qui χύτροι, olla πανσπερμίας illis qui ex diluvio evaserant ad ignem: sed inde Mercurii reverentia nil gustatum. Poetæ quatuor dramatibus inter se certabant; Victor ex lege Lycurgi civitate donabatur. Exacto festo protrudebantur servi ad opus, cum hoc dicto, θύραζε Κᾶρες οὐκ ἔτ' Ἀνθεστήρια. *Facessite Cares, jam non sunt Anthesteria.*

4. Ἀσκωλίοις *Aristoph. Pluto* insiliebant in Attica uno pede in utrem ex pellibus hircinis, unctum & vino plenum, οἱ γεώργοι νεανίσκοι. Insilire ἀσκωλίζειν dicebatur. Insistenti uter præmii loco.

5. Βακχεῖα Bacchanalia Hesychio dicta, sed sine ritibus. Hoc tantum, θηριοπλῆγες οἱ ἐν τοῖς βακχείοις ἐνθεαζόμενοι.

6. Θεοίνια *Hesych.* agitabant populi Atticæ. Athenienses etiam, sed Θεοίνια vocabant.

7. Θυῖα Pausan. in Eliac. celebrabant Elei stadiis extra urbem octo; credebantque Deum eò accedere. Deponebantur à sacerdotibus tres in sacello vacui lebetes, civibus & peregrinis spectantibus: obsignabatur ab uno quoque suo annulo sacellum. Postero die ingressi signacula integra, lebetes vino plenos inveniebant.

8. Ἰοβακχ-

8. Ἰοβακχεῖα Demosthenes Orat. in Neæram meminit, sed de ritibus planè nihil.

9. Λαμπτήρια *Pausan. in Achaic.* Pellenenses in Achaja honori Bacchi τῷ λαμπτῆρι dabant. Faces noctu in templum inferre, & vini crateres per urbem passim disponere solemne.

10. Λήναια *Hesych.* Athenienses mense Lenæone, autumno nempe desinente, quotannis celebrabant. Tragici quatuor dramatibus certabant; quorum ultimum Satyricum. Agon sacer, cui ὁ βασιλεὺς & ἐπιμεληταὶ præerant. Peregrinis interesse nefas.

11. Νεόινια, (hodie editur Νεοίνια) *Hesych.* novi vini tempore celebrabantur. Eadem apud Romanos *Meditrinalia.*

12. Σκιέρεια *Pausf. in Arcadic.* Aleæ Arcadiæ oppido celebrabantur. Bacchi simulachrum sub umbone desidens producere mos erat: fœminæque sese, ex oraculi Delphici usu, flagellabant.

13. Τίρβη Pausan. in Corinth. Achivis celebrare svetum meminit. De ritibus altum silentium.

14 De φίλλῳ apud Suidam lege, Initium fuisse τῶν Διονυσίων scholiastes Aristophanis ad Nubes author est.

15. Διονύσια, seu ἀρχαιότερα μάλιστα, Magnis antiquiora, celebrabantur mense Anthesterione Athenis in Limnis in templo Bacchi. Ministræ xx.

16. Περιτρύγεια *Hesych.* Baccho cui περιτρύ-

γαε

γης cognomentum ſacrum erat, & Neptuno. Idem iſte cum προτρυγαίῳ cujus feſtum Achilles Tatius l. 11. deſcribit.

CAPUT IV.

De

Feſtis Mercurii & Vulcani.

1. F*Eſta Mercurio ſacra* erant Ἕρμαια & θεοξένια.

1. Ἕρμαια Pollux l. 1. c. 1. plurimi obibant. 1. *Athenienſis* & ſacrorum fœminæ hedera coronatæ. Ferebatur in pompa amphora vini, & palmitis ſarmentum: poſt trahebatur capra, ſequebatur calathus cum ſicubus, tum *Phallus* ſeu Priapus ex ligno ficulneo an corio factus, (niſi deformatas hominum imagunculas pudendis magnis prominentibus eſſe malis, νευρόσπαστα, quod membra filii trahi & agitari poſſint,) quem de collo ſuſpenſum omnes portabant, φαλλοφόροι hinc dicti, rectaque ex adverſo fuligine repleti incedebant. Hos qui ſequebantur ἐπίορκοι ſagulis ſemialbis & Tarentino tegmine ad talos cooperti, ſerpillo vel denſa ex violis & hedera corona caput ornati, Ἰθύφαλλοι vocabantur. Succeſſu temporis devenit devotio ad inſaniam. Miniſtræ *Mænades* inter quas Sileni, Bacchæ, Lenarchio Tityri ſacris operabantur. *Ovum* inter conſecrata; *Vannus* quo triticum purgatū, inter purgatæ animæ ſigna. Quidam cum Lenæis eadem faciunt, quidam

quidam in palæstris, per comessationes & promiscuam libidinem. Ideò prohibitum ne quenquam tum adultum in gymnasium ingredi permitterent gymnasiarchæ, nisi lege de ingeniorum corruptela teneri vellent.

2. *Pheneatæ* in Arcadia. 3. *Cyllenenses* in Elide, apud quos membri arrecti specie Deus colebatur. 4. *Pellenenses* in Achaja ubi agon erat 5. *Cretenses*, apud quos tunc epulantibus servis Domini famulabantur. 6. *Tanagræi* in Bæotia Mercurio κριοφόρῳ quo juvenum τὸ εἶδος κάλλιστον, arietem humeris portans muros circumibat.

2. *Θεοξένια Schol. Pindari*, in *Achaja* agitabant Pellenenses Non tantum Mercurii, sed & Apollinis honori dabantur.

II. *Vulcano* dicata erant 1. ἡφαίστια 2. λαμπάδες 3. χαλκεῖα.

1. Ἡφαίστια *Xenoph. de Rep. Athen.* Vulcanalia, in quibus lampadum certamen, de quo mox.

2. Λαμπάδες *Hesych* lampadum certamen erat, quorum etiam & alibi mentio, & quod Vulcanalibus debebatur. Certatum in Ceramico, cursu, palæstra, atribus, faces ex turri quadam ibidem distributæ. (ad Cupidinis statuam à Pisistrato erectam in Academia alii scribunt. Sed unum erat) Inter currendum vice inter se partita ἐν διαδοχῇ, facem accensam alius alii dabat. Aliquando se planis manibus feriebant, quæ verbera κεραμεικαὶ πληγαί, victor λαμπαδηφόρος dicebatur.

tur. Præsides ὁ βασιλεὺς & ἐπιμελητα.

3. De χαλκείοις in festis Minervæ dicemus. Postcaquam fabris propria esse cæperunt, Vulcano Deo consecrata sunt.

CAPUT. V.

De

Festis Neptuni, Saturni Cupidinis, &, Priapi

1. NEptuno erant sua 1. Θυννᾶιον 2. Ογχήστια 3. Ποσίδεια 4. Ταιναρία 5. Ταύρεια 6. Αἰγινήτων ἑορτὴ, 7. γεραίστια.

1. Θυνναῖον *Athen. l.* VI. sacrificium erat, peragebaturque post thynnorum capturam; quæ, si felix, primus thynnus immolabatur.

2. Ογχήστια *Pausan. in Bæot.* à Thebanis Neptuno τῷ Ογχηστίῳ sacra erant.

3. Ποσίδεια *Hesych.* vel potius ποσειδώνια, ut Theodor. Therapeutic l. VII habet, sacro quodam celebrabantur, quod Ο...λιον dictum.

4. Ταιναρία *Hesych.* Neptuni τῦ Ταιναρίυ apud Lacones erant.

5. Ταύρεια *Hesych.* Neptuno quoque τῷ ταυρείῳ tribuebantur. Forte Ephesii celebrabant, inque illo, adolescentes qui vinum ministrabant ταῦροι dicebantur. Hinc isti Hesychio, ἡ πιναρ ἐφ᾽ ἑστίας οἰνοχόοι.

6 Αἰγινήτων ἑορτὴ *Plutarch. in quæst. Græc.* sacra & convivia per XVI dies instituebantur, in quo ipsi sine servis ministrabant,

μονοφάγοι

μονοφάγοι hinc dicti, & postea Veneri sacrificabant.

7. Γεραίστια *Schol. Pind.* Geræstii dabant, propter tempestatem, quæ circa Geræstum acciderat. Erat ibi & templum celeberrimum.

II. *Saturno* data erant κρόνια, ut apud Theodoretum Therap. l. vii. habemus. Scholiastes Aristophanis eadem cum Romanorum saturnalibus facit.

III. *Cupido* habebat sua apud Thespienses ἐρωτίδια, vel potius ἐρωτίδεια, de quibus planè nihil occurrit.

IV. *Priapi* honori celebrata πριάπεια, cui & mysteria propria fuere; ut Theodoretus Therapeut. l. I. tradit. Fortè in iis μόριον ἐντεθαμμένον καὶ μέγιστον ὁ τῶν μυστηρίων μυστηρίων ἱεροφάντης exhibebat.

CAPUT VI.

De Festis plurium Deorum.

Pluribus Diis dicata erant 1. Απατούρια, 2. Νουμήνια 3. Τριτοπατόρεια, 4. Αποπομπαί.

1. Απατούρια in honorem Jovis, Minervæ, Bacchi, Dianæ & Cereris sed illius præcipuè, Athenis mense Pycnepsione celebrabantur; Tres dies vulgus, quinque senatus & Curiæ aliæ insumsere, idque a Cephisodoro Archonte constitutum. *Primus* dies δορπία, quo luculentum circa vesperam inter φρά-

ερας

ϱας epulum, puer ad aras adductus, isque tertio albo civium inferebatur. Secundus ἀνάῤῥυσις quo Jovi & τῷ Φρατρίῳ & Ἀπατήνορι, Minervæ & Baccho, qui μελαναίγις cognominatus, sacra. Inter hæc puer ille ad aras Diis quasi sistebatur: & cum facibus à foco sumptis in pulcherrimis stolis cursus, Vulcani, à quo ignis usus memoria. *Tertius* κουρεῶτις, in quo liberi tam naturales quàm adoptivi in tribules referendi, curiæ à parentibus offerebantur; filii triennes & quadriennes, secundum quosdam eodem anno nati, pro quibus juratum Athenienses esse & Athenis natos. Comâ resectâ sacra Dianæ fiebant, quod ἔδει Φρατρίας, & qui negligerent, ἐπιπαίζειν Laconibus dicebantur. Ovis vel capra immolanda certi tum ponderis: & quia per ludum μεῖον μεῖον quasi infra justum pondus esset à tribulibus acclamabatur. Offerentes μειαγωγοὶ, hostia μεῖον, prout ovis φρατὴρ, Capra φράτριος appellabatur, Sacrificium κούρειον, quia tum οἱ κοῦροι ἐς τὴν Φράτριαν εἰσγραφόντο. Unde & dici nomen Filię jam nupturę referebantur in tribules, Sacrificii nomen γαμηλία. Tum & Cereri τῇ κουροτρόφῳ in trivio à mulieribus sacra, quibus virum intervenire nefas. Dies ultimum sequens ἐπίβδα dicebatur, quod & cuilibet festum sequenti nomen.

2. Νουμηνία, *Plutarchus l. de vitando ære alieno* dierum sacratissimus, ἀιάρμενοις τῶν καλανδῶν, quia forte omnibus Diis sacer, Apollini tamen quidam vindicabant, quòd lucis

author

author esse crederetur. Ideo Νεομήνια. Ascendebant in arcem, vota pro salute urbis facturi & sacra. Offerebatur in fano Erechtei placenta ex melle serpenti qui in arce: idque sacerdos cum parasitis decreto Alcibiadis, quod Cynosarge in templo Herculis columnæ affixum facere tenebatur. Sacrum ἐπιμήνιον; sacrifici ἐπιμήνιοι & ἀγείροντες; panes tum fieri soliti, νεομήνιοι dicebantur. Νεομηνιάζειν erat festum colere; qui colebant Νεομηνιασταί. Tum & egeni à ditioribus dona petebant.

3. Τριτοπατέρεια *Ethymol. auctor*, Atheniensium etiam erant, inque iis, Diis qui τριτοπάτορες pro liberorum generatione vota fiebant. Dicuntur & θύροι γενέθλιοι, γενέται, & ἔφοροι δαίμονες.

4. Ἀποπομπαὶ *Hesych.* dies aliquot, in quibus sacra Diis τοῖς ἀποπομπαίοις facta.

Caput VI.

De

Festis Heroum.

1. Heroum *Festa* quadraginta novem hic ponentur. 1 Αἰάντεια, 2. Α[illegible] 3. Α[illegible]πα 4. Α[illegible] 5. Ἀμφιαράϊα, 6. Α[illegible]ρια 7. Α[illegible] 8 Ἀ[illegible] πα[illegible], 9. Ἀ[illegible]γώνεια, 10. Ἀ[illegible]πγόνεια 11. Α[illegible] 12. Α[illegible], 13. Α[illegible]ξια 14. Ἀ[illegible]λητίεια, 15 Α[illegible] 16. Βαλητὺς, 17. Βρασίδεια, 18. Βο[illegible], 19. Δαφνι 20. Διόκλεια 21. Δι[illegible] 22. Εὐαγγέλια 23. Εὐρύκλεια 24. Ἐργάπα, 25. Ἐλευσίνια 26. [illegible]κάπα

κάπια 27. Ἐφήβια 28. ἡράκλεια 29. κοννίδεια 30. λεωνίδια 31. λυκούργεια 32. μελιλεια 33. μιλτιάδεια 34. Μύπια 35 Νεοπτολέμεια 36. Οἰνώρεια 37. Πανδρόσια, 38. παράλια 39. πανσαρώνεια 40. πτωχιήθεια 41. πρωτεσιλάεια, 42. Σηβάσια 43. Τιτάνια 44. Τληπολέμεια, 45. Τοξαρίδεια, 46. Τροφώνια 47 ὑδροφόρια 48. φωσφόρια 49. χαρίσια.

1. Ἀδώνια *Hesych.* Adonidis memoriæ, & honori apud Athenienses dabantur. Semestre is unum in Proserpinæ complexibus; alterum in Veneris exigere solebat. Circumferebantur Adonidis & Veneris simulachra in pompa horti quoque ex fœniculo & lactuca, in qua venus occisum Adonidem deposuerat, in testis in quibus citius excrevisse frumentum simplicius credidit; quique in fontes vel in mare abjiciebantur. Locata & mortuorum, simulachra per urbem, quibus mulieres funus ac lessum facerent

2. Αἰάκεια *Pindari Scholiast.* Æaci apud Æginetas festum, inque ejus honorem certamen. Victor coronam in fano Herois dedicabat, quod apud Æginetas urbis loco illustrissimo; & cui è lapide albo quadratum septum. Colebantur & Athenis, templumq; ei ibi.

3. Αἰάντια *Hesych.* Ajaci apud Salaminios & Athenienses sacra. Adornabatur ei omni armatura instructus lectus apud illos.

4. Ἀλκάθοια *schol. Pind.* honori Alcathoi apud Megarenses data sunt, Ibidem & ejus ἡρῷον.

5. Ἀμφια-

5. Αμφιαρεῖα *Schol. Pind.* Amphiarao Oropii dicarunt, quem primi inter Deos retulere. Ejus ibidem templum, & è lapide candido statua.

6. Ανακλητήρια *Polyb. Hist. l.* XVIII. in honorem Regis vel Principis cum renunciaretur instituta sunt.

7. Ανάκεια *Hesych.* Dioscurorum apud Athenienses erant. Ανάκειον τὸ Διοσκούρειον Dioscurorum templum.

8. Ανάκτων παίδων ἑορτὴ *Pauf. in Phoc.* Amphissensibus solemnis festivitas, & arcanum sacrum. Quidam putabant fuisse Dioscuros, alii Curetas, plærique Καβείρους.

9. Ανδρογεώνια *Hesych.* Androgeo dicatum festum, in quo & certamen funebre in Ceramico.

10. Αντιγόνεια *Plut. in Agide & Cleomene*, Antigono agitata, in quibus sacrificium & καὶ παιᾶνας ᾄδειν.

11. Αντινόεια *Pauf. in Arcadic.* Adrianus Imperator Antinoo suo apud Mantinenses instituit; erantque sacra annua, & certamen quinquennale.

12. Αράτεια *Plut. in Arato*, intra duos dies in honorem Arati steterunt; quintum nempe Anthesterionis seu Δαισίου μηνὸς quo patriam à tyrannide liberavit, & illum quo natus erat. Illa Σωτήρια dicebantur, à Jovis servatoris ἱερεῖ acta. Hoc, qui Arate, sacerdote fascia non ex toto candida, purpurâ intertexta. Carmina ad Citharam à symphonia-

phoniacis. Pompæ puerorum & adoleſcentum gymnaſiarcha ductor; quem ſenatus coronatus & cives ſequebantur.

13. Ασινάρια *Plut. in Nicia* feſtum à Syracuſanis promulgatum, cum Niciam Ducem Athenienſem, decimo ſeptimo Metageitnionis ad Aſinarum flumen profligaſſent.

14. Ασκληπίεια *Theod. Therap.* VII. Aeſculapii honori celebrantur à pluribus, ſed magnificentiſſimè ab Epidauriis. Certamen ibi Rhapſodorum, & cæteræ Muſices.

15. Αχίλλεια *Pauſ. in Lacon.* Celebrabant Lacedæmonii. Feſtum Achilli ſacrum.

16. Βαλλητὺς *Heſych.* Athenienſes cum populo Eleuſines, in gratiam Demophontis Celei filii agitabant.

17. Βρασίδεια *Pauſ. in Lacon.* Braſidæ apud Lacedæmonios feſtum, in quo oratio funebris; Certámen inter ſolos, & ſacra.

18. Βορεασμοὶ *Heſych.* deprecabantur Athenienſes Boream, qui Orythyiam Erechtei filiam juxta Iliſſum rapuerat, ne flaret; affinemque eum ſibi nuncupabant. Megapolitis in Arcadia pro præcipuè Deorum habebatur.

19. Δαιρὸν *Heſych.* Macedonum fortè apud quos genius Δαίρριον, cui pro ægrotis vota nuncupabant.

20. Διόκλεια *Schol. Pind.* Megarenſium feſtum.

21. Διοσκούρεια *Schol. Pind.* feſtum Dioſcurorum, quod Cyrenæis & Lacedæmoniis in uſu.

22. Ευαγγέλια Vitruv. l. x. 7. Pixidoro pastori ob nunciatam marmoris inventionem Ephesii quot mensibus celebrabant, pœnâ iis qui neglixissent indicta, solebant & ob res lætas quando nunciabantur obiri; inque his sacra, & amicis victimarum partes.

23. Ευεργέσια, *Vetus inscriptio*, Lacedæmoniorum in Alcibiadis honorem propria

24. Εργάτια *Hesych.* Herculis apud Lacones erant.

25. Ελευσίνια, μίκρα scil. Schol. Homeri Iliad. β, Herculis honori qui ab Eumolpo, Erystei jussu, Cerberum ex inferis abducturus initiatus erat, Agris mense Anthesterione ab Atheniensibus celebrabantur, ut magnis lustrandi initiationi præpararentur. Solemne ergò lustrandos in pelle victimæ Jovi immolatæ, unde Διος κώδιον dicta. per daduchum statuere: porcum fæminam gravidam, & in portu Cantharo ablutam offerre: sacris & votis ritè factis, castitatis exercitium præmittere: ut se dignos initiationi ostenderent. Admissi μύσται dicti, considebantque in sacrarii vestibulo; ipsa sacra quasi προτέλεια.

26. Ελλωτια *Hesych.* agon in honorem Elacati ab Hercule adamati.

27. Εφήβεια *Ethymol.* dies erat, quo Atheniensium & propter Hippocratis honorem Coorum ingenui filii, anno XVI. impleto, in ephebos, nominibus eorum in librum quendam ei rei destinatum inscriptis, referebantur; Comam tondebant, eamque Delphos profi-

proficiſcentes Apollini conſecrabant. Durabat hæc ephebia annum unum, quo tempore peregrè illis ire non licebat. Ritus ex ſequentibus verbis colligi poterunt.

1. Κερυβάλη, ſeu κερυβάλια, *Ethymol.* laurus bifida & coronata, quæ præ foribus ædium ſtatuebatur.

2. Οἰνιστήρια *Heſych.* libatio Herculi ex menſura vini illata facta, cujus reliquum ebibendum dabatur iis, qui in unum convenerant.

3. Ἐφηβεύειν *Heſych.* dicebantur illi, qui jam inter Ephebos adſciti erant.

4. Ἐφηβεῖον Vitruv. l. VI. II gymnaſium in quo ἐφηβεύοντες exercebantur.

5. Ἐφήβαρχος Arrian. Epict. l. III. I. præfectus gymnaſio Epheborum, qui in annum conſtituebatur.

6. Παιδεκίως *Heſych.* famulus Epheborum in gymnaſiis proprius.

7. Ἐφηβικὸν Heſych. locus in theatro, è quo Ephebi ſpectabant.

28. Ἡράκλεια *Theodor. Therap.* VII. honori Herculis celebrabantur à multis Græciæ populis: Athenienſibus nempe, Diomenſibus & Melitenſibus in Attica, Thesbitis in Bæotia, Thebanis, Sicyoniis, Lindiis, & Cois. Athenienſibus quinto quoque anno celebrare moris. Apud Melitenſes Hercules ἀλεξίκακος cognominatus, & quia ſacra pomis facta Μήλων. Thebani feſtum Ἰολαΐα dicebant Sicyoniis biduò celebratum: primum diem ὀνο-

μάτων, ſecundum *ἡράκλειαν* nominabant. Lindiis per maledicta & execrationes celebrabantur: & pro violato habebant, ſi quando inter ſolemnes ritus, vel imprudenti alicui excidiſſet bonum verbum. Apud Coos ſacerdos mitrâ redimitus, & veſte muliebri amictus, ſacra faciebat.

29. *Ἰολάια Schol. Pind* apud Thebanos quid fuerint jam dictum. Erat eo feſto & certamen. Victori corona myrtea cedebat. Celebrata & à Sardis.

30. *Κονίδεια Plutarch* Connidæ Theſei pædagogi honori, apud Athenienſes, pridie Theſeorum dabantur. Aries ſacrificium erat.

31. *Λεωνίδεια Pauſan.* feſtus Leonidæ apud Spartanos dies. Funebris in ea oratio; & certamen, in quo ſolis Spartanis certare licitum.

32. *Λευκύλλεια Plutarch.* à Græcis Aſiaticis inſtituta ſunt. Cyziceni quotannis, quod eos à Mithridatis obſidione liberaſſet, celebravere.

33. *Μιλτιάδεια Herod.* Cherſonitæ in Miltiadis honorem obibant. Certamen in eo equeſtre gymnicumque, ad quod nemo Lampſacenus admittebatur.

34. *Μενέλεια Athenæg.* feſtum Spartanis celebratum, & quidem Therapnis. Fuit ibidem ejus templum, & in regione Spartæ trans Eurotam in collibus quibusdam aliud.

35. *Μύτια Cicero in Verrem* Græci Q. Mutio

Mutio Scevolæ, qui Asiam singulariter rexerat, decreverant; Mithridates eâ provinciâ occupatâ non sustulit, hostis in ceteris rebus nimis ferus & immanis.

36. Νεοπτολέμεια *Pausan.* Delphis Neoptolemo Achillis filio quotannis dabantur. Descriptionem vide apud Heliodor. l. 3. Æthiop.

37. Οὐέρρεια agebantur apud Syracusanos cogente Verre, qui ea sublatis Marcelleis instituit.

38. Πανδρόσια *Athenag.* Pandrosi festum erat apud Athenienses. Templum habuit, & ove factum. Vestis quoque asservata, quæ ποδάνυμος dicebatur.

39. Παράλια *Eustath.* Paralo servi sacra erant.

40. Παυσανίεια *Pausf.* Pausaniæ apud Lacones festum & certamen; inque ejus honorem oratio. Soli Spartano certare licitum.

41. Προμήθεια *Xenoph.* Prometheo sacra, in quibus lampadum certamen. Et hinc fortè Prometheus δαδοῦχος ab Apollonio Atheniensi in Citta apud Philostratum appellatur.

42. Πρωτεσιλάεια *Schol. Pind.* agebantur apud Thessalos & Cherronesitas in Protesilai honorem.

43. Σηβάσια *Menand.* honori Imperatoris dabantur.

44. Τιτάνια *Moschopul.* in memoriam Titanum celebrare moris erat.

45. Τληπολέμεια, *Pindar*: Rhodii Tlepolemo instituere, pro die XXIV. mensis Gorpiæi. Certabant viri & pueri. Victoriæ præmium corona populea.

46. Τοξαρίδεια *Lucian.* Toxaridis, qui inter heroas ἰατρῷ ξένῳ nomine colebatur, apud Athenienses festum. Immolabatur ei candidus equus ad sepulchrum.

47. Τροφώνια *Pollux.* Celebrabatur Trophonio Lebadiæ in Sicilia.

48. Ὑδροφόρια *Hesych.* festum Atheniensibus lugubre, in memoriam eorum, qui diluvio perierant. Erat & Argivis, in quibus certamen mense Delphinio in honorem Apollinis peractum.

49. Φωσφόρια *Hesych.* in honorem Luciferi agitabantur.

50. Καβείρια *Hesych.* τῶν καβείρων erant, Jove priora, qui Jasionem alterum ex Electra filium illis præfecit. Celebrabantur in insulis Lemno & Imbro, apud Thebanos & Samothracas, & quidem noctu. Mos pueros initiare. Initiandi in solio collocabantur, choreas circumagitantibus mystis, idque θρονισμὸς seu θρόνωσις dicebatur. Initiati fasciâ purpureâ ventrem ciroumligabant: Caput oleæ germine coronabant, & tuti contra tempestates maris, aliaque pericula esse putabantur. Qui cædem aliquam admisissent, huc confugiebant & à sacerdote, qui κοίης seu κόης dictus, lustrabantur.

CAPUT VII.

De

Festis variis.

VAria festa & incertum cui dicata sunt.

1. Αγνιο-

1. Ἀγητόρειον 2. Ἀγητόρια. 3. Ἀλεκτρυόνων ἀγὼν 4. Ἀμμὼν 5. Ἀπαύλια 6. Βάρατρον 7. βασίλεια 8. βισβαία 9. βοττιαίων ἑορτὴ, 10. γαμήλια, 11. γενέθλια. 12. γενέσια. 13. γενετυλλὶς, 14. γεφυρισμοὶ, 15. γῆς ἑορτὴ, 16. γυμνοπαιδεία 17. δαιδὶς, 18. δαῖτον, 19. δαυλὶς, 20. διωτίνια, 21. διόκλεια, 22. ἑβδόμη 23. ἐλάφεια, 24. ἐμπολόκια, 25. ἐνηλίξεσι, 26. ἐπιδήμια, 27. ἐπινίκια, 28. ἐπισκάφια, 29. ἐπισκήνια, 30. ἔφιππος, 31. ἡραῖα. 32. θαλύσια, 33. θαύλια 34. θεοφάνεια, 35. θεραπνατίδια 36. θερμίων ἑορτὴ, 37. θεστήρια 38. Ἰνῶα 39. καλλιστεῖα, 40. καλλυντήρια, 41. κυνοφόντις, 42. λακεδαιμονίων ἑορτὴ, 43. λαρισσαίων ἀγὼν, 44. λεοντικὰ, 45. μετοστροφώνια, 46. μνήεια, 47. νεκύσια, 48. νεμέσεια, 49. νησεία, 50. νίκη ἡ ἐν Μαραθῶνι, 51. ξανθικὰ 52. πανδύσια, 53. πανελλήνιον. 54. πανιώνια, 55. πλάκεια, 56. περιπέτεια, 57. πιθυνάτων ἑορτὴ, 58. προμάχια, 59. προχαιρητήρια 60. προφθάσια 61. σεμέλη, 62. σεπτήριον. 63. σθένια 64. σικελῶν ἑορτὴ. 65. σπέρπα 66. συνοίκια, 67. συρακουσίων ἑορτὴ 68. συρμαία, 69. ταυροχόλια, 70. τεσσαρακοστὸν 71. Τόνεια 72. τριπανήτεια, 73. τύπα, 74. ὑδροφόρια, 75. φαγήσια 76. φαρμάκτρια 77. χαόνων ἑορτὴ, 78. χάριλα, 79. χαριστήρια, 80. χελιδόνια.

1. Ἀγητόρειον Hesych. incertum festum.

2. Ἀγητόρια Hesych. ejusdem commatis. Ἀγητὴς ἐν τοῖς καρνείοις ὁ ἱερώμενος τοῦ θεοῦ.

3. Ἀλεκτρυόνων ἀγὼν Ælian. v. h. l. II. 28. gallinaceorum certamini ab Athenienſibus, poſt devictos a Themiſtocle Perſas, inſtitutus erat. Cauſam inſtitutionis ibidem habes.

4. Αιμώη Hesych. incertum apud Athenienses festum.

5. Ἀπαύλια, Ethymol. author, non tam festum, quàm secundus nuptiarum dies, in quo ἄρχεται ἡ κόρη χωρὶς τοῦ πατρὸς αὐλίζεσθαι, ἢ τότε ἐπαυλίζετο τῷ ἀνδρὶ ἡ γυνή.

6. Βάραθρον Hesych. festum apud Thesprotios, & certamen de virilitate in eo, ἐνανδρείας ἀγών.

7. Βασίλεια Scholiast. Pind. Lebadeæ in Bœotia celebrabantur.

8. Βιοβάια Hesych aliis κλαδευτήρια Messapienses obibant, cum vites putarent. βιοβᾶ ἐφίπποι@ ἀμπελοτόμοι.

9. Βοιωτῶν ἑορτὴ, *Plutarch. in quæst. Græcis*, festum ignotum in quo puellæ choreas ducentes canebant.

10. γαμήλια *Moschop. in sylloge dict. Attic.* festum privatum, quod quisque privatim celebrat nuptiarum suarum causa.

11. γενέθλια *Ethym. author*, privatum etiam natalis diei festum, quod unusquisque quotannis die nativitatis obibat. Dictum & ἡμέρα simpliciter.

12. γενέσια, *Ammon. de differ. vocum*, memoria natalis defuncti, quam familiares & amici celebrabant. Epicurus apud Laertium matris, patris, fratrum & suum in testamento post mortem celebrandum ordinat. Celebrata à *Philosophis* Platonis & Socratis γενέσια.

13. γενετυλλὶς Hesych, agitabantur à mulieribu.

ribus pro felici gravidarum partu. Dea ipsa γυναικεία θεὸς γενετυλλίς. Canes illi offerebantur.

14. γεφυρισμοὶ ab Æliano H. A. l. IV. 43. inter festa recensentur Vide Eleusinia.

15. γῆς ἱερὴ Thucyd. l. II. Athenis, ubi τῆς γῆς templum solemne festum erat, inque eo & certamen, ut apud Pindar. Pyth. IX. videre est.

16. γυμνοπαιδία Laconum erat, & cum saltationibus peragebatur. Dicam, ubi de his egero.

17. Δᾳδὶ: Lucian. Pseudom. triduanum erat, & ad faces accensas celebrabatur. Δᾳδὲς faces sunt Græcis.

18. Δαρρ. Hesych. Macedonum festivitas erat, in qua fortè genio cuidam qui Δάρρων vota pro ægrotis nuncupabant.

19. Δαυλὶς Hesych. Argivis solemne, ad pugnæ Præti & Acrisii imitationem.

20. Διασωτήρια in inscript. quadam extant. Εὐκλέα ἐν λαχοῦσαι μοῖραι καὶ διασωτήρια.

21. Διόκλεια Schol. Pind. Megarenses obibant.

22. Εβδόμη Hesych. privatum Græcorum festum, septimo à nato infante die peragi solitum.

23. Ελώρια Hesych. à Siculis juxta Elorum amnem agitabantur, inque iis certamen.

24. De Ευπλοκίοις hoc solum apud Hesychium occurrit, quòd ab Atheniensibus celebrata fuerint.

25. Ἐνηλίαξις Hesych. vel potius ἐννάλιξις festum etiam de quo nihil reliquum præter nomen.

26. Ἐπιδήμια Himer. in propempt. Flaviani celebrabantur aliquo ex familiaribus, amicis & consangvineis domum salvo & incolumi reverso.

27 Ἐπινίκια Halycarn. Antiq. l. III. qui & ἐπινίκιος ἑορτὴ, post victoriam partam celebrabantur. Fiebant sacra; hinc ἐπινίκια θύειν; sacrificia quæ θυσίαι ἐπινίκιοι; Choreæ, pæanes, & convivia, quæ summa cum hilaritate peragebantur. Et hoc est τὰ ἐπινίκια ἑστιᾶν.

28. Ἐπισκάφια Hesych. Rhodiorum erant.

29. Ἐπισκήνια Hesych. Lacedæmonum. Alii ἐπίσκηνα, sed male.

30. Ἔφιππος Hesych. Laconum etiam, in quo certamen & fortè equestre.

31. Ἡρῶις Plutarch. in quæst. Græcis de quibus ibi ita. Τρεῖς ἄγουσι Δελφοὶ ἐνναετηρίδας κατὰ τὸ ἑξῆς· ὧν τὴν μὲν Σεπτήριον καλοῦσι, τὴν δ' ἡρωΐδα, τὴν δ' χαρίλαν.

32. Θαυατούσια Lucian. Vera Hist. l. I. 1. cum certamine erant.

33. Θαλύσια Hesych. Tarentinorum ἑορτὴ, ἀχθεῖσα ὑπὸ κτηνῶν.

34. Θεοφάνεια Pollux l. 1. c. 1. meminit, & Synesius τῶν μεμνημένων τὰ θεοφάνεια.

35. Θεοξενιατίδας Hesych. Lacedæmonum erant sacra.

36. Θερμίων ἑορτὴ Polyb. Hist. l. v. Ætolorum mercatus & festum Thermi Ætoliæ oppido. Habebantur ibidem & Comitia.

37. Θερ-

37. Θεργήρια Hesych. incertum quæ fuerint.

38. Ἰνῶα Pausan. in Lacon. instituta Corinthi à Rege Sisypho Athamantis fratre, observabanturque & à Megarensibus. Conjiciebant in aquam Inûs pannos. Bonum omen si retinebantur; malum si rejecti.

39. Καλλιστεῖα Schol. Homeri, certamen mulierum & virorum de forma. Mulieres certabant apud Lesbios in fano Junonis, apud Parrhasios ad Alpheum flumen, ubi urbs à Cypselo ædificata, Cereris Eleusiniæ festo. Fœminæ concertantes χρυσοφόροι dicebantur. Viri apud Elienses Victori præmium arma, quæ vittis redimitus, coronam è myrto gestans, Minervæ consecrabat.

40 Καλαμαῖα Ethymol auctor Atheniensibus tribuit.

41. Κυνοφόντις Athen. l. III. diebus canicularibus apud Argivos sacra, fortè, quia tum canes occidebantur.

42. Λακεδαιμονίων ἑορτή ignotum nomen. Agebant in eo optimates fœminæ in androne magno seorsim pervigilium: reliquæ promiscue cum familiâ universa, ut apud Plutarchum in amatoriis videre est. Erat & aliud, in quo cælibes à fœminis circa aram tracti, colaphis cædebantur, ut uxores ducerent, quod apud Athæneum l. XIII extat.

43. Λαχειστοποιῶν ἀγών Scholiast. Apollon. l. IV. certamen juvenum, qui, quod nondum quinquertium esset, disco, & aliis certaminibus, sigillatim certabant.

44. *Λεοντικοῖς*, de quibus Prophyr. in Nymph. antro, sacra peragebantur, quibus qui initiabantur, aquæ loco mel infundebant. Mentio eorum in veteri inscriptione

45. *Μεσοστροφώνια* Hesych. dies in quibus Lesbii omnes communia sacra faciebant.

46. *Μινύεια* *Schol. Pind. in Isthmionicis.* Orchomeniorum erant.

47. *Νεκύσια* *parentalia. Eustath. ad Odysseam* IX. agitabant Bithynii, inque iis ter *ὀνόματι* vocabant demortuorum animas, qui in exilio vel extra patriæ fines mortui sunt, easque ut ad convivium ascenderent, orabant.

48. *Νεμέσεια* *Moschopulo* est *ἑορτὴ Νεμέσεως, καθ' ἣν τοῖς κατοιχομένοις ἐπιτέλουν τὰ νομιζόμενα,* festum Nemeseos, quo demortuis justa peragebant.

49. *Νηστεία* *Aelian. H. V. l. V. 20*, dies decimo quoque die à Tarentinis in memoriam submissæ sibi à Rheginis, dum à Romanis obsiderentur annonæ celebratus.

50. *Νίκη ἡ ἐν Μαραθῶνι*, *Plutarch. de gloria Athen.* victoriæ de Persis ad Marathonem reportatæ memoria, sextoque Boëdromionis die celebrabatur.

51. *Ξανθικὰ* *Hesych.* festum VIII. Xanthici mensis die celebratum, in quo militum lustratio. Traducebantur armatæ copiæ, inter discissæ canis viscera apud Macedonas. Præferebantur primo agmini Regum insignia... Rex cum proximis, regia cohors, custodesque corpo-

corporis, multitudo denique Macedonum præcedebant. Vide Livium l. XL.

52. Πανδιονια *Hesiod.* ἔργων *l. II.* feriabantur Græci, cum clauso mari, naves ἐπὶ τᾶς γᾶς ἕδραζον, *naves in terram protraherent.*

53. Πανελλήνιον apud *Schol. Pind. in olympion.* mentio Omnibus Græcis communia erant, ut παμβοιώτια Bœotis.

54. Πανιώνια *Diod. Sicul. l.* XV. Jonum erant.

55 Πελώρια Athen. l. XIV. Thessalorum saturnalibus similia.

56. Περιχύτεια *Hesych.* Macedones obibant, fortè ob subitum aliquem casum

57. Πιτανάτων ἑορτή *Hesych.* certamen apud Pitanatas gymnicum.

58. Προμάχια, *Athen. l.* XX. Lacedæmonii agitabant, & arundine coronabantur.

59. Προχαιρητήρια *Harpocratione* teste celebrabantur eo die, quo puella à parentibus in mariti domum transibat.

60. Προφθάσια *Diod. Sicul. l.* XV anniversarium Clazomeniorum festum, ob Leucum prævertendo occupatam. Ἔφθασαν τοὺς Κυμαίους τὴν θυσίαν ἐπιτελέσαντες.

61 Σεμέλη *Hesych.* incerta solemnitas, forte Semeles.

62. Σεπτήριον, *Plutar. in quæst. Græcis,* Delphis celebrabatur anno quoque nono. Hesychius σεπτηρίαν fæminino vocat. Erat unum ex tribus Ἐνναετηρίσι seu novenniis.

63. Σθένια *Hesych.* certamen apud Argivos.

64. Σε-

64. Σκίλλων ἑορτή, *Schol. Theocr. Idyll.* VIII. certamen apud Siculos, in quo Ephebi ſcillâ ſe verberabant. Victori taurus à gymnaſiarcha præmium.

65. Σπόρητα *Heſych.* cui Deo ſint celebrata, ignotum.

66. Συνοίκια *Steph. in* Ἀθῆναι, Theſeus inſtituit, cum XII. Atticæ oppida, in unas Athenas coëgiſſet.

67. Συρακοσίων ἑορτή *Plato in Epiſt.* à Syracuſiis celebrabatur ignoti feſti, Dei & Deæ nomine Mulieres ſacra per continuos decem dies faciebant. Fortè Ennenſi Cereri, de qua Cicero Verrinâ IV.

68. Συρμαία *Heſych.* certamen apud Lacedæmonios, in quo ἐπωμιάτιον ἐκ στέατος καὶ μέλιτος edulium, ex adipe & melle συρμαία dictum præmium.

69. Ταυροχόλια *Heſych.* Cyzicenorum erant.

70. Τεσσαρακοστὸν *Cenſor. c.* XI. dies feſtus ob feliciter transactum à puerpera diem quadrageſimum. Non prodibat ante eum prægnans in fanum: & parvuli fermè per hos dies pro morbidis, ſine riſu, nec ſine periculo habebantur.

71. Τόνεα *Athen.* l. XV. Samiis ſolemnia. Origo ibidem.

72. Τελπουῆται ſeu τριπουνήτια Heſych. feſtum ignotum.

73. Τύπαι *Heſych.* ejusdem cum priore commatis.

74. ὑδροφόρεια *Heſych.* ἑορτὴ apud Athenienſes

enses πένθιμον, in illorum qui in diluvio perierunt memoriam. Erat & apud Æginetas ejusdem nominis, in quo, mense Delphinio certamen in honorem Apollinis peragebatur.

75. *Φαγήσια Athen. l.* VIII. solemnitas in quo genio à Cynicis egregiè indulgebatur. Dicebatur & *φαγησιπόσια*. Affinis huic *φάγων*, vel eadem apud Eustathium.

76. *Φαμμακτρία Hesych.* ignotum festum.

77. *χαίνων ἑορτὴ Parthen. Erot.* XXXII. nominis ignoti & rituum.

78. *χαρίλα Plutarch. in quæst. Græc.* festum apud Delphos novennale, unum de tribus.

79. *χειρωνόνια Hesych.* opifices celebrabant, & sacra faciebant.

80. *χελιδόνια Athen. l.* VIII. instituta à Cleobulo Lindio, cum pecuniâ egerent. Celebrabantur apud Rhodios mense Bœdromione Pueri circumeuntes stipem hirundini colligebant: res *Χελιδονίζειν* dicta. Cantilena circumeuntium apud Athenæum.

TITU-

TITULUS II.

De Festis Dearum & Heroinarum apud Græcos

CAPUT. I.

De Festis Junonis.

1. FEsta *Junonis* duo invenio ἑκατόμβαια nempe & ἥραια.

1. Ἑκατόμβαια, duplex erat festum, 1. *Argivorum* ab Archino Rege institutum, à quibus Æginetæ tanquam ἄποικοι accepere. Centum boves Junoni immolabantur. Unde nomen ἐκ ἑκατόμβη δωρικῇ τροπῇ καὶ παραλείψει τοῦ ι. desumptum. Carnes populo ex lege distribuebantur. Erat & certamen, in quo τὸ ἔπαθλον, ἀσπὶς χαλκῆ, seu præmium scutum æreum. 2. *Lacedæmoniorum*, quòd regio ipsorum esset ἑκατόμπολις.

2. Ἡραῖα festum quod ἐν τῇ ἥρᾳ γίνεται, apud *Argivos*, *Eleos*, *Coos* & *Corinthios*. Apud *Argivos* trahebatur currus albis bobus ad templum Junonis extra urbem: ducebatur pompa ἐν ὅπλοις τῶν ἐν τῇ ἡλικίᾳ συγχῶν, quæ pompâ finitâ ad aram ponebantur, immolabantur boves centum, qui pompam antecedebant, & immolati inter cives distribuebantur. Circa clypeum qui loco supra theatrum

ferè,

fere inaccesso validè affixis erat, certabant. Victor clypeum æneum, qui Ἀργολικοῖς χαλκῆ καὶ τοῖς ἔργασι μεγάλοις scribitur, & coronam myrteam accipiebat. A clypeo χάλκειος ἀγὼν dicebatur. Apud *Eleos* matronæ sedecim quinto quoque anno, peplum τῇ Ἥρᾳ texebant; ἀγῶνας faciebant, in quibus virginū pro ætate δρόμου ἅμιλλαν; juniores antecedebant, πρεσβύταται absolvebant τελευταῖαι. Omnibus capillus passus; χιτὼν ὀλίγον ὑπὲρ γόνατος; dexter humerus ad pectus exactus; stadium Olympicum in quo decurrebant sextâ parte imminutum. Victricibus corona, ex olea; pars è bove Junoni immolata; καὶ ἀναθεῖναι γραψαμένας εἰκόνας. Ludis præerant matronæ sedecim, quibus totidem ministræ. Origo ad Hippodamiam Junoni pro nuptiis gratiam referentem refertur. Apud *Coos* dum sacra fierent, servo nec templum ingredi, nec quicquam τῶν παρεσκευασμένων gustare permissum. Apud *Corinthios* πένθος ἱερὸν erat, à Medea honori liberorum suorum instituta. Juno hæc dicebatur Ἀκραία, immolabantque ipsi Capram: injectum Deo simulacro amiculum πάτος.

CAPUT II.

De Festis Minervæ.

II. Minervæ novem festa dicata erant, 1. Ἀθήναια, 2. Ἀλαία, 3. Ἀλώπα, 4. Ἀῤῥηφορία,

φορία, 5. Νικητήρια, 6. ὀσχοφόρια, 7. Παμβοιώτια, 8. σκίρα, 9. χαλκεῖα.

1. Ἀθήναια & Παναθήναια, poſtquam Theſeus omnes Atticæ incolas in urbem traduxiſſet, feſtum τῇ Ἀθηνᾷ ab Erichtonio vel Orpheo dicatum, & multis cum Romanorum *Quinquatribus* idem. Erant duplicia 1. *Minora*, quibus quotannis xx. Thargelionis data, & triplex certamen, equeſtre nempe, lampadarium, quod veſpere exhibitum & nox ſequens pervigilio tranſigebatur; gymnicum, quod olympiadis LIII anno tertio inſtitutum, juxta paludem inter Piræum & Herculis Tetracomum, in ſtadio παναθηναϊκῷ habebatur; & Muſicum à *P*ericle authore in Odeo agi ſolitum, in quo *A*riſtogitonis, Harmoclii, & Thraſybuli laudes decantatæ. Chorus circularis χορηγῶν impenſis exhibebatur, & Poëtæ quatuor dramatibus concertabant. Victor epulum ſodalibus dabat: ipſi corona oleaginea, & ex olivis μορίαις olei urceus, quod & extra Atticam deportare licebat præmium. Dati & Pyrrhichiſtæ pueri inveſtes, & gladiatores ex nequiſſimis emti. Veſte tinctâ ludos ſpectare nefas, & in loca theatri dabatur populo ex ærario pecunia. Ad ſacram viſcerationem & epulum, ſingulæ urbes coloniarum bovem mittebant. *A*periebatur iis mare. 2. *Majora*, quibus quinto quoque anno, XXIII. Hecatombæonis data. Cerimoniæ ferè eædem: proprium, pepli ſeu veli navis Athenaicæ in arcem pompoſa deductio, quam extra

urbem

urbem & quidem in Ceramico instruere, moris erat. Senes præcedebant & anus; hos viri florentes ætate cum armis; mox Ephebi cum corona milio & chlamyde: tum virgines cum canistris primates, quibus pro pedissequis colonorum filiæ virgines datæ; tandem pueri tunicis ποικιλομένοις inducti. Svetum tum & Carmina Homeri per rhapsodos recitare, & coronas aureas honoris ergò conferre; Platæensibus & Atheniensibus per præconem benè precari, & captivos vinculis solvere. Cura penes νομοφύλακας, qui tum fasciâ albâ coronati spectabantur. Reliquos ritus sequentes voces exprimunt.

1. Ἀθλοθέται *Pollux.* certaminum curatores, qui decem, ex unaquaque tribu singuli, quadriennium munere fungebantur.

2. Stadium παναθηναικὸν Hesych. in quo in Panathenæis equites decurrebant. Erat ad Ilyssum amnem propè Ardellum. Lycurgus Rhetor struxit, Herodes Sophista collapsum ex albo lapide restauravit.

3. Τετραλογία *Laert. in Platone*, dramata quatuor, quibus simul in Panathenæis Poëtæ certabant. Ultimum Satyricum semper.

4. Συναυλία Pollux. l. IV. 10. Concentus tibicinum in παναθηναίοις συναυλεῖται.

5. χορηγοὶ *Xenoph. in Rep. Athen.* qui sumptus, drachmas τριακοσίας in chorum circularem Panathenæorum festo faciebant.

6. Pocula παναθηναικὰ *Athen. l.* XI quorum in illo festo usus. Capiebant congios binos aut plures.

7. ἱερὸς

7. ἱερὸς πέπλος *Ethymol. author.* velum navis Panathenaicæ candidum & clavis aureis interstinctum, cui Titanomachia, res Minervæ & Atheniensium strenuissimorum præclarè gestæ, nec non Antigonus & Demetrius intertexta. Insternebatur Minervæ simulachro.

8. Ἐργαστῖναι *Hesych.* virgines Athenienses, quæ ab annis septem ad undecim, peplum Panathenaicum xxx. die Pycnepsionis exorsæ texebant.

9. Ἀῤῥηφόροι *Ethymol. author.* virgines duæ virginibus peplum texentibus præfectæ.

10. Ναῦς παναθηναϊκὴ *Philostr. l. 2.* navis Panathenaica, quæ in illo festo terrâ per machinas subterraneas remis impulsa, impleto etiam vento ferente sinu, per Ceramicum ad Cereris Eleusiniæ templum volvebatur; idq; circumvecta præter murum Pelagicum, Apollinis Pythii templum, & Mercurios in arcem deducebatur.

11. Κατανίπτης *Ethymol. author.* qui partes pepli Panathenaici, si fortè in pompa inquinatæ purgabat.

12. Γλαυκὶς *Hesych.* κλινίδιον κατασκευασμένον ἐξ ὧν festo Panathenæorum.

13. Θαλλοφόροι *Ethymol author.* florentes ætate viri & fœminæ, qui in Panathenaica pompa θαλλοὺς seu oleæ ramum ferebant. πρ-οιμιακῶς dicuntur illi, qui πρὸς μηδὲν χρήσιμοι ἄλλο, ἢ βοσκήμασι θάλλον παραβάλλειν.

14. Σκαφηφόροι *Hesych.* inquilini qui in Pana-

Panathenæorum majorum festo, viros ætate florentes, quibus clypeus & hasta, σκαφαῖς seu ligonibus instructi sequebantur.

15. ὑδριαφόροι *Pollux*, l. III. 4. mulieres inquilinorum, quæ in eadem pompa cum hydria fœminas Atheniensium subsequebantur.

16. χλαμύδες μέλαιναι *Philostr. l. II. in Herocle, Chlamydes nigræ*, vestes quibus Ephebi in majoribus Panathenæis induebantur, & quidem propter Copreum, quem ab aris Heraclidas avellentem, Athenienses interfecerant. Herocles Atticus albas esse jussit.

17. Κανηφόροι *Hesych.* Virgines Athenienses primariæ (αἱ ἐν ἀξιώματι παρθένοι) quæ à tempore Erichtonii, canistra in quibus ad sacra facienda necessaria, in pompa eadem ferebant.

17. Ἐπικρίδες *Hesych.* σκεπάσματα seu velamenta, quibus τὰ ἱερὰ κανᾶ seu sacra canistra tegebantur.

19. Ἀρχιθεωροὶ *Andocid. in Orat.* Canistrorum modo dictorum & reliquorum pompæ instrumentorum custodes, qui eadem inter virgines laturas distribuebant. Tanta verò horum veneratio, ut aliquot attingerent diebus, ἁγνεύειν necesse habuerint.

20. Διφροφόροι *Etymol. auther.* inquilinorum filiæ, κανηφόρων virginum pedissequæ, quæ umbellam & sellam in deductione navis ferebant.

21. Παιδαμικοὶ *Hesych.* tunicæ quibus in hac solemnitate pueri induebantur.

22. Πομ-

22. Πεμπαῖον *Hesychio* ædificium quoddam *Athenis*, εἰς πυργοκίσκον τῶν πεμπῶν, urbem ingressis à Piræeo prope Cereris.

2. Ἀλαία seu Ἀλεαία *Pausan. in Arcad.* festum Minervæ Aleæ apud Tegeates in Arcadia, in quo agon.

3. Ἀλώπα *Pausan.* festum apud Arcades eidem dicatum, ὅτι λακεδαιμονίων τὸ πολὺ ἐν τῇ μάχῃ ζώντας εἷλον.

4. Ἀρρηφορία *Ethymol. author.* festum Minervæ à virginibus Ἀρρηφόροις quatuor, prosapià nobili, septem annis non minoribus, nec majoribus undecim celebratum, mense Scirrophorione. Suidas ἄρρητα ἐν κίσταις τῇ θεᾷ tulisse ait. Vestis illis alba & in ea aurum; Sphæristerium in arce, panis proprius, qui ἀνάστατος dicebatur, & placentæ quæ A[illegible]. Duæ pepli texturæ præficiebantur. Festo sui præbitores, à quibus sumptus. Alii Ἐρσηφορία in honorem Ersæ Cecropis filiæ scribunt.

5. Νικητήρια Ἀθηνᾶς *Procl. in Timeum. Comm. 1.* festum ejusdem Deæ ob devictum ab ipso Neptunum Athenis celebratum.

6. Ὀσχοφόρια vel Ὠσχοφόρια *Plutarch. in Theseo*, festum Minervæ à Theseo institutum. Certabant in eo cursu ephebi nobiles, e singulis tribubus lecti, quorum uterque parens superstes. Currebant à Bacchi templo ad Minervæ τῆς Σκιράδος, quod Phaleri à Sciro vate exstructum, cum palmitibus uvis onustis, qui [illegible] dicti: Victori ephiala, quæ πενταπλόα seu πενταπλῆ, quia vinum, mel, caseus, farina

farina & olei parum in ea permixta, dicebatur. Chorus in honorem certantium carmina ὀχοφορικὰ cantabat, eundemque juvenes duo vestes muliebres induti, palmites gestantes ducebant. Ad hoc mulieres δειπνοφόροι dictæ, quod illis cibum ferrent commeabant. Præco cum caduceo coronato adstabat, & inter libationem Ἐλελεῦ Ἰοὺ Ἰοὺ acclamabatur. Locus in quo templum illud, è ramorum gestatione ὀχοφόριον apud Hesychium audit.

7. Παμβοιώτια Eustath. ad Iliad. β festum Minervæ ab omnibus Bæotis communiter in Campo ante coroneam in templo Minervæ Itoniæ celebratum. Peragebatur cum choreis. Inde Statio *Itone lata choris*.

8. Σκίρα aut Σκίρρα *Harpocrat.* festum XII. Scirophorionis honori Minervæ τῆς Σκιράδος datum. Quædam in eo occurrunt. 1. *Umbellæ* albæ Σκίρα dictæ, quæ tempus ædificando idoneum indicabat à Minerva, Nuptini & Solis sacerdotibus Eteobutadis ex arce Scirum abeuntibus gestatio. 2. Sacrum σκιρασις dictum. 3. Cursus epheborum cum palmis ὀσχοφορία vocatus. 4. Præbitorum ex pellibus victimarum Jovi Milichio ac Ctesio immolatarum vestitus.

9. χαλκεῖα *Harpocrat* festum quod honori Minervæ XXX. Pyanepsionis, primò quidem ab omnibus Atheniensibus post ab omnibus opificibus quibus ea Dea tutelaris ideo Ἐργάνη dicta celebrabatur. Unde Ἀθηναῖα & πάνδημος vocata est.

CAPUT

CAPUT III.

De
Festis Cereris.

PLurima Cereri tributa apud Græcos sacra, 1. Ἅλωα, 2. δημήτρεια, 3. ἐρκήνια, 4. δάμεια, 5. ἐπάχθης, 6. ἐπικλείδια, 7. ἐπισκίρα, 8. θεσμοφόρια, 9. ἐρυθυάνιον, 10. λέρναια, 11. μυσία, 12. προηρέσια, 13. πυλαία, 14. χθόνια, 15. χλοεία, 16. ἐλευσίνια, 17. θαλύσια, 18. Ἐπικρῆναι.

1. Ἅλωα Suidæ Cereris τῆς Ἁλωάδος erant apud Athenienses mense Posidione cum τὰς διατριβὰς circa τὰς ἅλως seu areas facerent. Plurium dierum fuisse: ex Alciphronis Epistolis videre est.

2. δημήτρεια *Pollux. l. 1. 1.* τῆς Δημήτρας. Verberabant se in illis flagello ex cortice contexto, quod μορόττον dicebatur. Sacerdos Deæ ex Pæmenidarum familia. Δημήτρειον lucus Cereris.

3. Ἐρκήνια *Hesychio* festum quidem ejusdem, sed de quo nihil occurrit.

4. Δάμεια *Hesych.* Bonæ Deæ erat dicatum à Tarentinis, inque eo *Damium* sacrificium, quod in oporto in honorem ejus habebatur, à contrarietate ita dictum, quod minimè esset δημόσιον. Dea quoque ipsa Δαμία & sacerdos Δαμιάς. Sed quia Tarentinorum dialectus Dorica, dicta potius videatur tanquam δήμεια, quia pro populo.

5. Ἐπαχθὴς *Plut. de Iside & Osiride*, Cereris

reri τῇ Ἀχαίᾳ à Bæotis dicatum, quòd tum ob Proserpinæ descensum cum dolore conflictaretur.

6. Ἐπικλειδίων mentio apud Hesychium, sed de eo hoc solum ab Atheniensibus celebratum.

7. Ἐπισκίρα *Stephano in urbibus* Athenienses in Sciro, (τόπος σκιρὰ ἐν τῇ Ἀττικῇ) obibant ἱεροποιία dicebatur ἐπισκίρωσις.

8. Θεσμοφόρια Theol. Therapeut. I. Cereri τῇ θεσμοφόρῳ propria, seu ab Orpheo seu à Triptolemo Rege instituta, seu à Danai filiab. Pelasgicis fæminis cōmunicata Celebrabantur ab Arcadibus, Lacedæmoniis, Drymæis, Thebanis, Milesiis, Megarensibus, Syracusanis Eretriis, qui carnes quas tum comedebant, ad solem non ad ignem assabant, & solemnitatem Μεγαλάρτια nuncupabant, & Deliis. Apud Athenienses celebrabantur Eleusine, mense Pyanepsione, per quatuor ni fallor dies à fæminis, quæ quia tribus diebus ante rebus venereis abstinere tenebantur, substernebant sibi in lecto cneorum, viticem, conizam & pinus folia: quædam allia edebant. Porcos expulisse Clemens tradit. Tertio die jejunabatur. De sacris ipsis scito. Initia in XIV. mensis diem incidisse. Usitata convitia in Jambes quæ mœstæ Deæ risum expresserat memoriam. Invocatam Calligeniam, sed non ab Eretriensibus. Carmina peculiaria cantata. Sacrificium ultimo die oblatum. Servis & ancillis ad sacra accedere nefas. Viri

interim captivos qui ſacrorum participes è carcere dimittebant, & die tertio à jure abſtinebant. Reliquos ritus ſequentia vocabula dabunt.

1. Μυλλοὶ *Athen. l.* xiv. muliebria pudenda quæ ex ſeſamo & melle facta, extremo feſto Cereri & Proſerpinæ Syracuſis circumferebantur.

2. Ἀχαῖναι *Athen. l. III.* panes magni, quos Delii ſolemni pompa inferebant dictitantes. Ἀχαΐνην στέατος ἐμπλεῖον, τράγον.

3. Θεσμοφορεῖν εἰσφέρειν *Iſeus in Orat.* dicebantur viri Athenienſes locupletiores, quando pro uxoribus ſumptus ad Besmophoria celebranda contribuebant. Tenebantur, ſi tria talenta in dotem attuliſſet.

4. Στεφανοφόρος *Inſcript. veteres* ſacerdos huic feſto proprius, qui à myſtis ſtatuebatur, & ſacra coronatus obibat.

5. Ἄνοδος *Heſych.* dies undecimus Pyanepſionis, quo fæminæ Athenis Eleuſinem ad Thesmophoria aſcendebant, & quidem cum libris legalibus capiti impoſitis, ob acceptarum à Dea legum memoriam.

6. Θεσμοφορεῖον *Heſych.* locus in quo fæminæ & puellæ ſacris his miniſtraturæ, (θεσμοφοριάζουσαι) publicè alebantur: & tum ἁγνεύειν ſeu in ceſto eſſe dicebantur. Abſtinebant, floreis coronis & mali punici granis.

7. Νηστεία *Athen. l.* vii. dies feſti medius ſeu tertius, Pyanepſiouis decimus ſextus, quo jejunium in templo Deæ & fæminæ, ad ſimula-

mulachrum ejus χαμαὶ καθήμενα.

8. Δίωγμα *Hesych.* sacrificium ἐν ἀπορρήτῳ πλυνόμενον, quod effari non licebat. Dictum postea Αποδίωγμα.

9. Ιεροποιοὶ *Polluci* l. VIII. 8. qui sacra faciebant decem numero.

10. Επόπται *Suidæ* qui ad mysteria anno minimum uno admittebantur, postquam prius in minoribus Eleusiniis μύσται fuissent. Iidem & ἔφοροι. Εποπτεύειν est epoptam factum esse; quod & ἐποπτεύειν τὰ μυστήρια apud Xiphilinum in Hadriano. Hinc & sacra ipsa ἐποπτικά. Admittebantur quidem in adytum: nec tamen omnia ipsis revelabantur: inprimis σύμβολα τῆς τῶν θεῶν παρουσίας, ἃ καὶ μόνοις γνώριμα τοῖς τελεσταῖς.

11. Πέτρωμα *Pausan. in Arcad.* opus è lapidibus duobus magnis, ἁρμοσμένοις πρὸς ἀλλήλους, in quo libri rituales servabantur.

12. Μέλισσαι *Hesych.* fœminæ omnis ætatis, dignitatis & ordinis sacris initiatæ. Alii τὰς τῆς Δήμητρος ἱερείας, esse volunt.

13. Ἄρρητα *Hesych.* Cereris mysticum in his sacris nomen, quod, ut nec alia, prodere vel audire erat nefas. Parem apud Athenienses cæterosque Græcos contrahebant noxam aures & lingvæ temerariæ curiositatis. At apud Cretenses divulgare licitum, idque originem ipsorum sibi deberi indicio

14. Αγυρμός *Hesych.* primus mysteriorum dies in quo initiatio fieri solita. Incidebat in XV, diem mensis.

15. Ἅλαδε μύσται Polyæn. Strateg. l. IV. secundus mysteriorum dies, quo à præcone admoneri solebant, ut ipsa appellatio ostendit, uti ad mare se conferrent. Chebrias in eo victoriam navalem obtinuit.

16. θύα *Hesych.* omnia quæ tertiò die Cereri & Proserpinæ immolata erant. Immolabant autem mullum Æxonicum, qui à mystis colebatur nec gustabatur. Hordeum in campo Rhasio natum ad molas & liba adhibebatur: nihil ex iis foris abjicere licitum. Junonis sacerdoti nefas quicquam ex iis gustare. Quia templum ejus cum Cereri fieret claudebatur & vice versà.

17. χαῖρε Δημήτηρ *Callimach. in hymno*, acclamatio mulierum in processione, quæ quarto die fiebat. Vehebatur vesperi calathus cursu, tardè bobus trahentibus. Sequebantur fæminæ, μυστιπόλοι παλάμῃσι Nonno, cum cestis mysticis, fasciis purpureis redimitis, in quibus sesamides, pyramides, lanæ odoratæ πόπανα, πολυόμφαλα, micæ aliquot salis, draco, mala Punica, quòd granum Proserpina comedisset, corda, ferula, hederæ, placentæ & papavera. Humi tum spectabant profani non è tectis; nec spuebatur.

18. ἡ τῶν λαμπάδων ἡμέρα, *lampadum dies* quintus mysteriorum dicebatur. Incedebant cum facibus accensis noctu, tam viri quàm fæminæ errantis Cereris specie. Unde λαμπάδες ἄκται Sophocli. Dedicabant easdem Deo, de magnitudine concertantes,

19. Ἴακχοι

19. Ἰάκχει *Plut. in Phocione*, sextus mysteriorum dies, εἰκὰς mensis illius, quo Jacchū Jovis Cererisque si non Proserpinæ filii, cui templum proprium, simulachrum facem manu gestans & myrto coronatum à Ceramico Eleusinem, per fora cum multo plausu, choreis, qui etiam Ἰάκχῳ & æris sono, à mystis myrto coronatis deducebatur Occurrunt in eo sequentia. 1. Ἰακχαγωγὸς *Pollux l. 1. c. 1.* qui Simulachcri Jacchi deducendi curā fuit. 2. Μυστικὸς μάλλος *Arist.* inter Atheniensium cantus qui in deducendo usitatus. Repræsentationē ejus apud Aristophanem in Ranis abjicit 3. Ῥεῖτοι *Hesych.* scatebræ propè Eleusinem duæ, quarum una Cereri, altera Proserpinæ sacra, cujus aquâ qui Jacchum deducebant, abluebantur & lustrabantur. Hesychius τοῖς λουτροῖς ἁγνίζεσθαι τοὺς εἰσιόντας dixit. 4. ἱερὰ πύλη *Theophr. in Charact.* porta quâ pompa exibat. 5. ἱερὰ ὁδὸς, Ethymol. ἡ εἰς Ἐλευσῖνα ἄγουσα, ἣν ἀπίασιν οἱ μύσται, via Eleusinem ducens, quā myste ire sueverant, ad quam Isocratis μνῆμα. 6. ἱερὰ συκῆ suburbium, in quo ficus ubi mystæ sacra in urbem reducentes interquiescere consueverant. 7. γεφυρισταὶ *Hesych.* Convitiatores qui ponti Cephissi fluvii Athenas ab Eleusina dirimentes insidentes, in transeuntes eum in reditu mystas scommata jaciebant. 8. Μυστικὴ εἴσοδος *Schol. Sophocl.* via trans pontem jam dictum quâ Eleusinem ingrediebantur. Munitâ Deceleâ, sicque impedito itinere terrestri, mari pompâ ducebatur.

 20. Cer-

20. Certamen *Eleusinium* AGell. l xv. 20. agon gymnicus qui septimo Eleusyniorum die exhibebatur. Præmium victori hordeum; quod id primum Eleusyne inventum fuerit,

21. Ἐπιδαύρια *Pausan. in Corinth.* Octavus Eleusiniorum dies, quo in gratiam Æsculapii, qui Epidauro peractis jam mysteriis venerat, secunda sacra ab Atheniensibus ut initiari posset, instituta sunt. Illo eos qui primos neglexissent, vel initiari non potuissent, initiari mos erat.

22. Πλημοχόη *Athen. l.* xi. dies nonus & ultimus mysteriorum, ἀπὸ πλημοχόη vase figulino (κοτυλίσκος aliàs) dictus Implebent binas, earumque unam ad ortum, alteram ad occasum statuebant, utramque, mystica verba profati evertebant. Proclus cœlum prius aspexisse ὕε, mox terram despicientes κύε clamasse dicit Libatio fortè erat Eversio illa; eaque apud Pollucem censenda, ubi μυστηριώτιδες σπονδαὶ commemorantur.

23. Thermophorion *Mar. Victor Grammat. l.* iv. carmen elegiacum in hoc festo cantatum, è duobus dactylis & semipede, adjecta in prima Syllaba una, & in medio altera insertâ, ut:

O perpetuo tellus quæ nunc riget usta gelu.

24. Ζημία *Hesych.* sacrificium quod ultimo festi die ad averruncandam Dei iram, si quid non rite factum, quasi mulctæ instar offerebatur.

9. Ευχυθλάνιον *Hesych.* Cereri sacrum, de quo nihil apud authores.

10. Λέρναια *Pausan. in Corinthiac.* instituit apud Lernæos Philammon honori & Cereris & Proserpinæ & Liberi Deportabatur ad ea ab Argivis antiquitus è Dianæ Pyrhoniæ fano, quod in monte Crathide, ignis.

11. Μύσια *Pausan. in Achaic.* Cereris Μυσίας erant, & apud Argivos per septem dies agitabantur. Primo viri & canes masculi arcebantur templo; mulieres intus relictæ, noctu sacra peragebant. Postridiè reduces, risu & scommatibus sese excipiebant.

12. Προηρόσια *Hesych.* θυσία Cereris τῆς προηροσίας vulgo προαρκτήρια. Instituta svasu oraculi cum fame premerentur per universam Græciam. Fiebant antequam ararent, pro felici frugum proventu.

13. Πυλαία *Strabo l. IX. Geogr.* à Pylæis Cereri τῇ πυλαίᾳ dicatæ, Pylagoræ faciebant sacra. Ibidem & ejusdem templum.

14. χθόνια *Pausan. in Corinth.* Hermionensium erant Cereri τῇ χθονίᾳ sacra. Totam festi celebrationem apud eundem habes.

15. χλοεία Eustath. Iliade x. Cereris τῆς χλόης festum, cui Athenis ante arcem templum erat, estque illa quæ Socrati εὔχλοος. Celebrabatur verò, die sexto Thargelionis, qui Aprili respondet. Immolabatur aries.

16. Ἐλευσίνια, *majora* nempe ab ipsa Cerere cum Athenas frumento in annono caritate sublevasset, vel potius ab Erechteo Eleusine, ubi

ubi Proſerpinam filiam quærens fatigata juxta puteum conſedit, & a Celeo ſeu Baubone hoſpitio excepta ad riſum commota fuit, inſtituta. Dicuntur κατ' ἐξοχὴν Μυστήρια, & quidem τὰ συνέχοντα τὸ ἀνθρώπειον γένος ἁγιώτατα μυστήρια Prætextato. Concurrebant aliquando ad ſolemnitatem XXX M. Celebrabantur per novem dies, & quia putabantur πρὸς τὴν παιδείαν καὶ ἐπανόρθωσιν τοῦ βίου facere, ideò τελεταὶ dicebantur. De *Majoribus* verò res eſt, non minoribus, de quibus tanquam Herculis ſacris ſuperius dixi. Initiabantur in his à hierophanta noctu, accipiebantque initiandi inter hos Athenienſium liberi adhuc pueri) qui myrto coronati manus in ingreſſu templi abluebant, Agræ in templo exiguo, Eleuſinæ in ampliſſimo myſteriorum leges. Juſſi puram mentem & puras manus lingvæque Græcæ peritiam habere, prælectos ritus deſcribebant. Tum variis ſpectaculis inter quæ membrum muliebre, diſtinebantur; cum acclamatione κὸγξ ὄμπαξ dimittebantur, & quam induerant veſtem nunquam niſi detritam deponebant, & vel Cereri aut Proſerpinæ dicabant, vel ad infantum faſcias utebantur. Excluſi ab eis peregrini, Barbari, homicidæ etiam involuntarii, Magi, præſtigiatores, impii & ſcelerati Templo non initiati arcebantur: initiati, nec Diis quicquam prodere audebant: quin ut eloqui ita audire nefas. Jurare tamen per ea licitum. Durantibus, nec licebat ſupplicem libellum offerre;

offerre; nec manus alicui injicere; nec fœminis bigis Eleusinem vehi; nec mystis vel mustellum edere, vel videre salem. Valentinianus ea tollere propter Prætextatum non potuit, Theodosius evertit. Plura in vocabulis ritualibus quæ sequuntur.

1. *Καλλίχορος Apollod. Bibl. l. 1.* puteus juxta quem Ceres à Proserpinæ, quam Pluto rapuerat, inquisitione fatigata consedit.

2. *Ἀγέλαστος πέτρα Apollod. ibid.* saxum juxta puteum jam dictum in quo sedit. Alii dicunt in puteo extra Eleusinem in via Megarensi sita, quem Ἄνθινον vocant consedisse. Ideò nec mystis ei insidere licitum, ne lugentem imitari viderentur.

3. *Αὐτοψία Psell. in schol. in oracula Zoroastris*, spectatio rerum in mysteriis exhibitarum.

4. *Cereris mundus Apul. in Apolog.* dicebantur omnia illa, quæ initiatis in mysteriis exhibebantur, inter quæ *κέραυνοι, πῦρ, κωνώδη τινὰ καὶ* [illegible] *μυστικὰ φάσματα*; nec non muliebre *αἰδοῖον* quod Baubo ostenso eo, Cererem ad Cyceonem sumendum permovisset.

5. *Ἱεροφάντης Hesych.* sacerdos qui mysteria ostendebat; Tacito, *Antistes Ceremoniarum*, Idem & *Mystagogus*. Non poterat esse nisi Atheniensis, & quidem Eumolpida, perq; totum vitæ tempus, quo munere fungebatur celebs: ideò cicutæ liquore se inungebat. Ornabatur *εἰς εἰκόνα τοῦ δημιουργοῦ*, veste, co-

ma, & ſtrophio inſignis. Vitâ & Vox propria; nec fas initiatis nomen ejus prodere.

Δαδῦχ☉ *Plat. in Alcebiade* dicebatur, qui facem geſtabat, coma & ſtrophio ornatus. Fungebatur hoc munere per totam vitam, & licitum ei uxorem ducere, repræſentabatque ſolis effigiem.

7. κῆρυξ *Pollux.* l. VIII. 9. præco, Mercurii effigiem geſtans.

8. Οἱ ἐπὶ βώμῳ, *Euſeb. de præpar. Evangel. l. 3.* qui ad aram miniſtrabant, *εἰς τὴν εἰκόνα σελήνης ἐσκευασμένοι.*

9. Ὁ βασιλεὺς *Heſych.* qui ſacris myſteriis præerat. Munus ejus vota patrio ritu nuncupare, ſacra Eleuſine aut Athenis in Eleuſinio facere, ne quis in myſteria peccaret providere; de delinquentibus poſtridie coacto ſenatu cognoſcere.

10. Οἱ ἐπιμελῆται Pollux. l. VIII. 8. qui myſteria cum Rege curabant. Legebantur à populo quatuor, duo ex Athenienſibus, tertius ex Eumolpidis, quartus ex Cerycibus.

17. θαλύσια *Ethymol. author*, agitata poſt comportatas fruges, ὑπὲρ Εὐθαλίας καὶ εὐφορίας τῶν καρπῶν. Non tantum Cereri, ſed & Baccho, ad quem ſatio & aratio ſpectat, ſacra.

18. De Ἐπικρήναις vel fortè Ἐπικρηνίοις, de quibus Heſychius, nihil occurrit præter nomen.

CAPUT

CAPUT IV.

De

Feſtis Dianæ.

1 FEſta Dianæ ſunt viginti & duo 1. *Ἀμαρύσια* 2. *Ἀρτεμίσια* 3. *Βενδίδεια* 4. *Βραυρώνια* 5. *Δικτύννια* 6. *καλλαιίδια* 7. *καρυατὶς* 8. *κνακαλήσια* 9. *λάφρια* 10 *λιμνᾶτις* 11. *Μουνυχία* 12. *Στροφέια* 13. *Σεμφάλια* 14. *Ταυροπόλια* 15 *Τιθηνίδια* 16. *ὑμνια* 17. *Χιτώνια* 18. *Ἐφεσέια* 19. *Τελκλόεια* 20. *θαργήλια* 21. *Νηλῆις* 22. *Διαμαστίγωσις.*

1. *Ἀμαρύσια Pauſan. in Atticis* celebrabantur in honorem Dianæ *τῆς Ἀμαρυσίας* tam Athenis ab *Athmonenſi* populo, quàm apud Amarynthios in Eubæa, Eretrienſes & Caryſtios. Illis & certamen, quod *Ἀμαρύνθια* dicebant.

2. *Ἀρτεμίσια Plut. in Marcello* Syracuſani per triduum celebrabant, vino multo & luſu. *λοχία* panis qui offerebatur nomen. *Λύμβαι* quæ ſacra ordiebantur dictæ.

3. *Βενδίδεια* Strabo l. x. Thraces primò quibus Diana *Βένδις*, etiam Athenis, mox *φιλοξενοῦντες* talia Athenienſes die xix. Thargelionis obibant. Inſtitutum id in Pireæo & quidem ætate Platonis. Quid illius inſtitutio ſibi velit, vide apud *Proclum* in Tymæum Comment. I.

4. *Βραυρώνια Heſych.* Athenis in Braurone populo, honori Dianæ Brauroniæ ideò dictæ habo-

habebantur. quinto quoque anno curantibus Decemviris. Celebrabant ſacræ virgines Ἄρκτοι dictæ, quas neque infra quintum, nec; ſupra decimum annum eſſe oportuit; quo tempore δεκατεύειν & ἀρκτεύειν dicebantur, quod nempe ad decimum ætatis annum, eo munere fungerentur. Tempus ita exactum Ἀρκτεία dicebatur. Mactabatur Deæ capra, & Rhapſodi canebant Iliada.

5. *Δικτύννια Pauſ. in Lacon.* Dianæ Dictynnæ annuum apud Lacedæmonios & Cretenses feſtum. Habebat ad mare ἐπὶ ἄκρῳ templum. Oblata & ſacrificia, de quibus nihil occurrit.

6. *καλλοίδια Heſych.* apud Lacedæmonios quoque celebrabantur. Erat & certamen.

7. *Καρυάτις Pauſan. in Lacon.* Laconibus ſolemne Cariis vico Dianæ, ubi ipſius templum quod Καρυᾶτις & ἐν ὑπαίθρῳ ſub dio ἄγαλμα. Virgines choreas dum celebrabant, in honorem Deæ anniverſarias, patrio ritu ducebant.

8. *Κναγαλήσια Pauſan. in Arcad.* feſtum quod in monte Cnacalo quotannis Caphiatæ Dianæ Cnacaleſiæ celebrabant.

9 *Λάφρια Pauſ. in Achaic.* agitabant Patrenſes Dianæ Laphriæ. Circumponebantur aræ ligna viridia cubitorum ſedecim, intra ariditſima Sub feſti tempus aſcenſus ad aram fiebat, limus ad aræ gradus aggerebatur, In pompa, ſacerdos virgo ultima omni-

um cursu, quem cervi trahebant vehebatur: posteroque die sacra magno omnium publicè privatimque studio facta. Septo aræ omnis generis animalia, volucres nempe ἐδώδιμοι, apri, cervi, capræ ursi, lupi, & arborum pomiferarum fructus injiciebantur, & igne injecto incendebantur.

10 Λιμνάτια *Pausan. in Achaicis*, Dianæ Limnatidi dictum festum. In eo signum ejus à *Preugene* operâ servi Spartanis surreptum & Mesoæ servatum, e sacris servis unus, Mesoâ Patras in aream Deæ transferebat.

11. Μουνύχια *Pollux, l.* VII. I. sacrum Dianæ τῇ Μουνυχίᾳ die XVI Munychionis, qui mensis decimus quod tum vincentibus ad Salamina Atheniensibus ἡ θεὸς πανσέληνος ἐπέλαμψε. Offerebantur in templo Deæ placentæ è caseo factæ ἀμφιφῶντες dictæ, quibus ἐν κύκλῳ κεχύμενα ἐμμένα, circumquaque faces affixæ.

12. Στοφέα Athen. l. VI. Dianæ Stropheæ erant apud Eretrienses. Erat & πανήγυρις.

13. Στυμφάλια *Pausan. in Arcadic.* Dianæ Stymphaliæ Stymphali agebantur, ubi ejusdem vetusta ædes, signum è ligno rude & impolitum, maximè tamen inauratum parte: sub lacunaribus stymphalides aves ligneæ an gypseæ? In postica parte virginum signa cum avium cruribus è candido lapide. Miraculum vide ibidem.

14. Ταυροπόλια *Hesych.* Dianæ τῇ Ταυροπόλῳ dicata erant.

15. Τιθηνίδια Athen. l. IV. ferebant apud Lacedæ-

Lacedæmonios nutrices pueros mares extra urbem in Dianæ Corythaliæ templum, quod ad flumen Thiaſſem prope Cletam erat. Ibi porcellos lactantes immolabant; epulum quod κοπὶς pro puerorum ſalute exhibebatur, inque eo panes furnacei κριβανίτας *Heſychio* agitabant choreas τῇ κορυθαλλίᾳ θεᾷ: κυριττοὶ *Heſych.* perſonis ligneis veluti riſum excitabant.

16. ὑμνια *Pauſan. in Arcad.* Dianæ Hymniæ honori & Orchomenii & Mantinæenſes celebrabant. Habent in Orchomæniorum regione ἐν ὑπερτι, τοῦ ὄρους templum.

17. χιτώνια *Schol. Callimachi* ſacra Dianæ Chitoniæ tam in Atticæ populo Chitonâ, quam apud Syracuſias in Sicilia, quibus & ſaltatio propria

18. Ἐφέσια *Achill. Tatio l. 6. de amorib. Clitophont.* celebrabantur Epheſi à viris multâ temulentiâ pleno per totam noctem foro, & virginibus. In nemore quod retrò templum, antrum erat, ad quod virginibus aditus, mulieribus excluſis. Templum nulli ingenuæ fœminæ ſub capitis pœna fas ingredi: ſervæ Dominam apud Deam accuſare volenti, patebat aditus. Qui ſacra curabant, Ἐσσῆνες dicebantur: qui præerant οἱ Ἀκ. ὁ οβάται

19. Τρικλάρια *Pauſan. in Achaic.* propria Dianæ apud Jones quoſdam. Fiebat lectiſternium penes Virginem usque dum nuberet. Mactabantur poſt, ob Comæthus Virginis ſacerdotis libidinem, Virgo & puer ex formo-

formosissimis Deæ: quo sacrificio tandem abrogato, solebant liberi eodem quo mactandi ornatu, spiceas coronas ei suspendere, & postquam se flumine Milicho abluissent, novis ex hædera impositis, fanum Æsymnetes petere.

20. *Θαργήλια* Dianæ & Apollini erant sacra; ideo de illis superius.

21. *Νηλῆις Plut. de Virtut. mulier.* Milesiorum erat, cujus & Aristænetus libro 5. Epistol. meminit.

22. *Διαμαστίγωσις Plutarch. in Lacon. institut.* quotannis apud Lacones celebrabatur. Flagellabant se eo ante aram Dianæ *τῆς Ὀρθίας*, quæ & *Orthosia* adstantibus parentibus & propinquis hortantibusque, uti perseverarent, adolescentes nobiles: seu oraculo ita jubente, seu in Pausaniæ memoriam, quod Lydas virgis & flagellis depulisset, seu ut vulneribus perferendis fere assvefacerent. Aram sic cruore perfundebant, & mallebant cadere in conspectu suorum, qui cedentibus minabantur, quàm cedere. Certantes *βωμονῖκαι* dicebantur. Qui ciciderant, publico funere & capite coronato efferebantur, honoresque statuæ. Leve hoc dum conflictus acris: leve fiebat, si sibi pepercissent. Lacones hinc Plagipatidæ. Certabant & servi.

CAPUT

CAPUT. V.

De

Festis Proserpinæ & Veneris.

II. P*Roserpinæ* quatuor festa habuit 1. Ἀνθεσφόρια 2. κορεῖα 3. Θεογάμια & 4. Φερεφάττια.

1. Ἀνθεσφόρια Poll. l. 1. c. 1. agitabant Siculi & *Argivi*. Sacris operabantur virgines Ἀνθεσφόροι nuncupatæ. Inter sacra accinebatur Carmen quoddam ἱεράκιον μέλος dictum, tibiâ.

2. Κορεῖα *Hesych.* θυσία τῇ κόρῃ πληρωθὲν dicitur.

2. Θεογάμια *Pollux. l. 1. c. 1.* Celebrabant Siculi, sed de iis nihil amplius occurrit.

4. Φερεφάττια *Plutarch. in Lucull.* sacra apud Cyzicenos; & immolabatur nigra bos.

III. *Veneri* data tria 1. Ἀναγώγια 2. Ἀφροδίσια & 3. [illegible].

1. Ἀναγώγια Aelian. V. H. l. 1. 15. festum Erycinorum, quo Veneri ex Sicilia quasi in Lybiam solventi, ut benignè redire vellet, in ejusdem templo sacra fiebant.

2. Ἀφροδίσια *Athen. l.* IV. solemnia Cypriis authore Cinyro, in quibus sacris Deæ initiati, pugillum salis & phallos propitii numinis signa accipiebant; ipsi verò assem unum mercedis nomine tanquam meretrici inferebant. Celebrabantur & in Papho, ubi per sexaginta stadia à viris & mulieribus deducta pompa; & Ama-

Amathunte urbe Cypri, ubi ſacrum ei factum κάρπωσις dicebatur. Corinthi denique à meretricibus & mulieribus honeſtis, ſed ſeorſim.

3. Θύλλα *Heſych.* feſtum quoque Veneris, ſed de quo nihil occurrit.

CAPUT VI.

De

Feſtis Heroinarum variis.

HAbebant præter Deas & *Heroinæ* ſua feſta, quæ honori ipſarum ſacravit ſuperſtitioſa antiquitas, ut ſunt 1. Ἑστιαῖα 2. Ἐκδύσια 3. Ἀγραύλια 4. Ἀγράνια 5. Ἀνθεσφόρια, 6. Μύσεια 7. Νηρεΐδια, 8. Νυμφαῖα 9. Ἀριάδνεια 10. Ἑλένια 11. Εὐμενίδεια 12. Ἑλλώτια 13. ὑβριστικά, 14. Εὐρυνόμεια 15. χαρίσια 16. Αἰώρα 17. γαλιντίδια 18. γῆς ἑορτὴ 19. Ἐράτια 20. Ὡραῖα.

1. Ἑστιαῖα *Heſ. h.* Veſtalia, quibus Veſtæ ſacrificabantur primitiæ, ex quibus nec quicquam afferre vel alteri dare licebat.

2. Ἐκδύσια *Anton.* Liberali Metamorph. xvi. Latonæ Lytiæ Phæſtii celebrabant, & ſacra faciebant. Dicta, ἐπει τον πέπλον ἡ παῖς ἐξέδυ.

3. Ἀγραύλια Porphyr περὶ ἀποχῆς l. 2. in honorem Agraulis celebrabant Athenienſes & Cyprii. Apud hos homo usque ad Diomedis tempora ipſi immolebatur.

4. Ἀγράνια *Heſych.* Argivi agitabant in unius

nius è Præti filiabus memoriam. Eadem forte cum Αἰγιαλείας, quæ apud Argivos νεκύσια i. e. Mortualia. Apud Thebanos ἀγῶνες seu certamina erant.

5. Λιθοβόλια Paus. in Corinth. Træzeniorum erant in honorem Lamiæ & Auxesiæ virginum, quæ cum ex Creta illuc advenissent στασιασάντων in urbe ἀπάντων, à multitudine concitata lapidibus obrutæ sunt.

6. Μουσεῖα Pollux. l. I. c. I. Musis sacra. Celebrabant & in scholis pueri, quinto quoque anno, Thespienses maximè. Instituit & apud Macedonas Archelaus, durabatque πανήγυρις per dies novem, uno cuique nomini dicato.

7. Νεμέσεια Moschopul. Nemesi dicata ἑορτὴ καθ' ἣν τοῖς κατοιχομένοις ἐπιτέλουν τὰ νομιζόμενα.

8 Νύμφια Liberal. Metam. XXXIII. Amphissus Nymphis apud Oetam instituit, propter merita in matrem Dryopen. Erat certamen cursus, neque ad illud fœminæ ulli accedere ὅσιον, ὅτι Δρυόπην ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ Νυμφῶν, δύο παρθένοι τοῖς ἐπιχωρίοις ἐδήλωσαν.

8. Αριάδνεια Plut. in Vita Thesei Ariadnæ Theseus instituit, quæ secundo mensis Gorpionis die celebrabantur. Sacrificium erat, & puer in lecto cubans vociferebatur, & faciebat quod ὠδίνουσαι mulieres solent. Naxii duas Ariadnas fuisse statuunt, utriq; festum suum.

10. Ελένεια Hesych. honori Helenæ quæ etiam propria

proprio templo, juxta Sebrium vicum propè A c nanis sepulchrum colebatur, apud Lacedæmonios dicata. Virgines mulo aut curru florea tecto, κάναθρα Græcis, vectæ, pompam in templum de quo dixi, deducebant Culta & in Therapenas una cum Menelao Paride Deiphobo.

11. Ἑλλώτια *Athen.* l xv. Europæ apud Cretenses sacra. Vehebatur tunc, cum Europæ ossibus, solemni pompa, viginti cubitorum amplitudine è myrto corona, ἑλλωτὶς dicta, Unde & festo nomen. Quanquam & Europam ἑλλώτιδα τὸ παλαιὸν vocatam, prodit Ethymologus: & Phœnices virginem ἑλλωτίαν dicunt. Sed hoc de Minerva τῇ ἑλλώτιδι accipi debere videtur, cui etiam ἑλλώτια apud Corinthios.

12. Εὐμενίδεια *Philo.* Eumenidum honori ab Atheniensibus quibus σεμνεῖα & Sycioniis celebrata. *Ibi* omnia solemnia per viros & fœminas inculpatæ vitæ peragebantur; bellaria seu πέμματα, è juvenibus spectatissimi apparabant, nec ulli ad pompam servi admissi. *Hic* πρόβατα ἐγκύμονα *oves gravida* immolabantur; pro libamine mulsum, pro coronis adhibebantur flores.

13. ὑβρίστικα *Plutarch. de Virt. mulier.* mensis Hermæi novilunio ab Argivis celebrabantur, in Telesillæ, quæ mulieribus ad arma vocatis, urbem contra Regem Spartanorum Cleomenem fortiter defendit, honorem sacra tum Veneri sive Lunæ, quibus unà

fiebat

fiebat. Mulieres tunicis chlamydibusque virilibus amiciebantur: Viri muliebres vittas & peplos gestabant.

14. *Εὐρυνόμεια Pauſ. in Arcad.* Eurynomes Oceani filiæ apud Phigalenses, qui Dianæ cognomen esse credunt, festæ. Fanum ei in Nedæ & Lymacis confluente, ob loci asperitatem aditu difficile; circaque multæ & condensæ cupressi. Aperiebatur in festo semper alias clausum. Sacra & publicè & privatim fiebant.

15. *Χαρίσια Eustath. ad Odyſſ.* Gratiarum quidem παννυχίδες erant. Pervigilia in eis & choreæ: qui diutissimè pervigilasset, placentam εἰς ἔπαθλον accipiebat.

16. *Αἰώρα* seu *Ἑώρα Etymol. author.* institutum Athenis oraculi jussu in memoriam Erygones Ægysthi & Clytemnestræ filiæ, quæ cum Tyndareo avo, Athenas ut Orestem accusaret profecta, absoluto eo se suspendit. Dicebatur & εὔδειπνος. Carmina tum à Theodoro Colophonio in Erygonem composita canebantur. Sacrificium publice & privatim fiebat, quod Ἀλῆτιν Hygino teste appellabant.

17. *Γαλινθιάδια Liberal. Metamorph.* XXIX. in honorem Galinthiadis Præti filiæ instituit Hercules: exque eo tempore Herculis festo præmittebant Thebani.

18 *Γῆς ἑορτὴ Thucyd.* l. II. habebat certamen. Templum ejus in arce.

19. Ἐρώτια *Plutarch. in Erot.* celebrabantur à Thespienſibus, quinto quoque anno. Sacrificabatur Amori placandis inter conjuges diſſidiis.

20. Ὡραῖα *Athen.* l. XIV. Horarum feſta, quatuor anni temporibus haberi ſolita apud Athenienſes. Omnia in illis aſſa, nihil elixum. Ut nimios æſtus ſiccitatesque arcere vellent, pluviasque tempeſtivas darent, præcabantur.

Gratia Deo, qui nos talia feſta celebrare noluit.





